

**Aus: Plinius der Jüngere, Panegyrikus -  
Lobrede auf den Kaiser Trajan, hg., eingel. u. übers.  
von W. Kühn, Darmstadt, 2. Aufl., 2008  
(= Texte zur Forschung, Bd. 51).**

C. PLINI CAECILI SECUNDI

PANEGYRICUS  
TRAIANO IMPERATORI DICTUS

1. Bene ac sapienter, patres conscripti, maiores instituerunt ut rerum agendarum ita dicendi initium a precationibus capere, quod nihil rite nihil providenter homines sine deorum immortalium ope consilio honore auspicarentur. 2. Qui mos cui potius quam consuli aut quando magis usurpandus colendusque est, quam cum imperio senatus, auctoritate rei publicae ad agendas optimo principi gratias excitamur? 3. Quod enim praestabilius est aut pulchrius munus deorum, quam castus et sanctus et dis simillimus princeps?

4. Ac si adhuc dubium fuisset, forte casuque rectores terris aliquo numine darentur, principem tamen nostrum liqueret divinitus constitutum. 5. Non enim occulta potestate fatorum, sed ab Iove ipso coram ac palam repertus electus est: quippe inter aras et altaria, eodemque loci quem deus ille tam manifestus ac praesens quam caelum ac sidera insedit.

6. Quo magis aptum piisque est te, Iuppiter optime, antea conditorem, nunc conservatorem imperii nostri precari, ut mihi digna consule digna senatu digna principe contingat oratio, utque omnibus quae dicentur a me, libertas fides veritas constet, tantumque a specie adulationis absit gratiarum actio mea quantum abest a necessitate.

2. Equidem non consuli modo sed omnibus civibus enitendum reor, ne quid de principe nostro ita dicant, ut idem illud de alio dici potuisse videatur. 2. Quare abeant ac recedant voces illae quas

PLINIUS DER JÜNGERE

PANEGYRIKUS  
LOBREDE AUF DEN KAISER TRAJAN

1. Gut und weise, Senatoren, ist ein Brauch, der auf unsere Vorfahren zurückgeht: jede wichtige Handlung, jede Rede mit einem Gebet zu eröffnen. Es können ja die Menschen nichts ordnungsgemäß, nichts mit Aussicht auf Erfolg beginnen ohne Hilfe und Rat von seiten der Götter, und ohne ihnen die gebührende Ehre zu erweisen. 2. Wer soll nun diesen Brauch eher übernehmen als der Konsul, oder wann soll er ihn mehr üben, als wenn wir auf das Geheiß des Senats und nach dem Willen des gesamten Volkes aufgerufen sind, dem besten Princeps Dank abzustatten? 3. Denn welches Geschenk der Götter ist großartiger oder herrlicher als ein Princeps, der in seiner untadeligen Lauterkeit seinerseits den Göttern gleicht?

4. Und hätte man sich auch bislang noch gefragt, ob uns die Lenker der irdischen Geschehnisse durch reinen Zufall oder durch irgendein göttliches Walten gesandt würden, so läge im Falle unseres Princeps doch offen zutage, daß er durch Mitwirkung der Götter eingesetzt ist. 5. Denn nicht eine verborgene Schicksalsmacht, sondern Jupiter selbst hat ihn vor aller Augen und Ohren gefunden und erwählt, nämlich inmitten der Altäre und Opferstätten, also an dem Orte, den dieser Gott in ebenso spürbarer Gegenwart bewohnt wie den Himmel und die Sterne.\*

6. So ist es ein besonders angemessener Akt der Frömmigkeit, dich, Jupiter, Bester, einst Gründer und heute Erhalter unseres Reiches, betend anzurufen: gib, daß meine Rede der Würde eines Konsuls, der Würde des Senats und der Würde des Princeps entspreche; daß alle meine Worte auf Freimut, Ehrlichkeit und Wahrheit beruhen; daß meine Danksagung ebensoweit entfernt sei vom Anschein der Schmeichelei, wie sie frei ist von irgendwelcher Nötigung.

2. Doch meine ich, nicht nur der Konsul, sondern alle Bürger müssen darauf achten, keine Äußerung über unseren Princeps zu tun, die so klingt, als hätte man sie genauso auch über jeden anderen Princeps sagen können. 2. Daher seien jene Worte streng ver-

metus exprimebat. Nihil quale ante dicamus, nihil enim quale antea patimur; nec eadem de principe palam quae prius praedicemus, neque enim eadem secreto quae prius loquimur. 3. Discernatur orationibus nostris diversitas temporum, et ex ipso genere gratiarum agendarum intellegatur, cui quando sint actae. Nusquam ut deo, nusquam ut numini blandiamur: non enim de tyranno sed de cive, non de domino sed de parente loquimur. 4. Unum ille se ex nobis – et hoc magis excellit atque eminent, quod unum ex nobis putat, nec minus hominem se quam hominibus praesse meminit. 5. Intellegamus ergo bona nostra dignosque nos illis usu probemus, atque identidem cogitemus, quam sit indignum, si maius principibus praestemus obsequium, qui servitute civium quam qui libertate laetantur.

6. Et populus quidem Romanus dilectum principum servat, quantoque paulo ante concentu formosum alium, hunc fortissimum personat, quibusque aliquando clamoribus gestum alterius et vocem, huius pietatem abstinentiam mansuetudinem laudat. 7. Quid nos ipsi? Divinitatem principis nostri, an humanitatem temperantiam facilitatem, ut amor et gaudium tulit, celebrare universi solemus? Iam quid tam civile tam senatorium, quam illud additum a nobis *Optimi* cognomen? quod peculiare huius et proprium adrogantia priorum principum fecit.

8. Enimvero quam commune quam ex aequo, quod felices nos felicem illum praedicamus, alternisque votis „Haec faciat, haec audiat“ quasi non dicturi nisi fecerit comprecamur! Ad quas ille voces lacrimis etiam ac multo pudore suffunditur; agnoscit enim sentitque sibi, non principi dici.

bannt, die damals die Angst uns aufzwang! Reden wir anders als früher, da wir nicht mehr leiden wie früher, und gebrauchen wir in der Öffentlichkeit nicht dieselben Lobesworte für den Princeps wie ehemals, da wir auch unter uns anders von ihm sprechen als ehemals! 3. Unsere Reden sollen deutlich erkennen lassen, wie die Zeiten sich geändert haben, und schon aus dem Ton unserer Danksagung soll man erkennen, wem sie gilt und wann sie gesprochen ist. Laßt uns an keiner Stelle ihm schmeicheln wie einem Gott,<sup>2</sup> wie einem höheren Wesen – denn wir reden nicht von einem Tyrannen, sondern von einem Bürger, nicht von einem Herrn, sondern von unserem Vater. 4. „Ich bin nur einer von euch“ – und gerade dadurch ragt er noch mehr heraus, daß er sich für einen von uns hält und sich gleichermaßen bewußt ist, ein Mensch zu sein, wie Vorgesetzter von Menschen zu sein! 5. Erkennen wir darum unser Glück und erweisen wir uns durch rechten Gebrauch seiner würdig! Bedenken wir stets aufs neue, wie schlimm es wohl wäre, wenn wir denjenigen Principes, die sich über das Sklavendasein ihrer Untertanen freuen, größeren Gehorsam erwiesen als denen, die sich über deren Freiheit freuen!

6. Das römische Volk weiß freilich genau zu unterscheiden zwischen seinen Principes! So einstimmig, wie es vor kurzem noch einen anderen als „schönen“ Princeps bejubelte, rühmt es diesen hier als den tapfersten, und so lautstark, wie es einst die Darstellungs- und Gesangskunst eines anderen pries,<sup>3</sup> lobt es jetzt an diesem Princeps hier seine Frömmigkeit, seine Uneigennützigkeit und seine Milde. 7. Wie aber halten es wir, die Senatoren? Ist es die erhabene Göttlichkeit unseres Princeps, die wir alle zusammen zu feiern pflegen, oder, wie Liebe und Freude es uns eingeben, seine Menschlichkeit, Bescheidenheit und Freundlichkeit? Welcher Beinamen ist so rein auf einen Bürger und Senator gemünzt wie der, den wir ihm gegeben haben: *Optimus*, der Beste?<sup>4</sup> Das ist zum ganz persönlichen Eigennamen dieses Princeps geworden, allein schon durch den Gegensatz zur Überheblichkeit früherer Principes.

8. Welch schöner Ausdruck unserer Gemeinsamkeit und Gleichheit: wir preisen uns glücklich, wir preisen ihn glücklich, und wir bitten im Wechselruf: „Dies möge er tun, dies möge er hören!“ – gleichsam zu solchem Wunsche nicht bereit, wenn er ihn nicht schon erfüllt hätte. Diese Rufe rühren ihn zu Tränen, und die Röte der Beschämung übergießt sein Antlitz; denn sein Gefühl sagt ihm, daß man ihn selbst damit meint, nicht nur den Princeps.

3. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore servamus, hoc singuli quoque meditati que teneamus, sciamusque nullum esse neque sincerius neque acceptius genus gratiarum, quam quod illas acclamationes aemulemur, quae fingendi non habent tempus. 2. Quantum ad me pertinet laborabo, ut orationem meam ad modestiam principis moderationemque submittam, nec minus considerabo, quid aures eius pati possint, quam quid virtutibus debeat.

3. Magna et inusitata principis gloria, cui gratias acturus non tam vereor ne me in laudibus suis parcum, quam ne nimium putet. 4. Haec me cura haec difficultas sola circumstat; nam merenti gratias agere facile est, patres conscripti. Non enim periculum est ne, cum loquar de humanitate, exprobrari sibi superbiam credat; cum de frugalitate, luxuriam; cum de clementia, crudelitatem; cum de liberalitate, avaritiam; cum de benignitate, livorem; cum de continentia, libidinem; cum de labore, inertiam; cum de fortitudine, timorem. 5. Ac ne illud quidem vereor, ne gratus ingratusve videar, prout satis aut parum dixerit. Animadverto enim etiam deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia et sanctitate laetari, gratioremque existimari, qui delubris eorum puram castamque mentem quam qui meditatam carmen intulerit.

4. Sed parendum est senatus consulto quod ex utilitate publica placuit, ut consulis voce sub titulo gratiarum agendarum boni principes quae facerent recognoscerent, mali quae facere deberent. 2. Id nunc eo magis sollempne ac necessarium est, quod parens noster privatas gratiarum actiones cohibet et comprimit, inter-

3. Das soll uns veranlassen, dasselbe Maß, das wir gemeinsam bei dieser plötzlichen Aufwallung kindlicher Liebe wahren, auch dann zu beachten, wenn ein einzelner mit vorbereitetem Text spricht. Halten wir uns vor Augen, daß die ehrlichste und willkommenste Form der Danksagung jene spontanen Zurufe zum Vorbild hat, die vorher auszudenken die Zeit gar nicht zuläßt. 2. Ich für meinen Teil werde mich bemühen, meine Rede abzustimmen auf des Principes persönliche Bescheidenheit und seinen Sinn für das rechte Maß, und werde gegeneinander abwägen, welches Lob seinen Leistungen gebührt und welches Lob seine Ohren ertragen können.

3. Fürwahr, ein hoher und ungewöhnlicher Ruhmestitel für einen Princeps, wenn ich vor meiner Danksagung weniger die Furcht habe, daß ich in seinen Augen zu knapp, als daß ich ihn zu überschwinglich lobe. 4. Allein diese Sorge, diese Schwierigkeit bedrängt mich! Denn, Senatoren, an sich ist es leicht, dem, der das wirklich verdient, Dank abzustatten. Es besteht nämlich keine Gefahr, daß er mein Lob seiner Menschlichkeit als Vorwurf gegen seine Überheblichkeit betrachtet, daß er glaubt, mit dem Stichwort „Sparsamkeit“ ziele ich in Wahrheit auf seine Verschwendungssucht, mit „Milde“ auf seine Grausamkeit, mit „Großzügigkeit“ auf seinen Geiz, mit „Güte“ auf seine Gehässigkeit, mit „Selbstbeherrschung“ auf seine Triebhaftigkeit, mit „Arbeitsamkeit“ auf seine Trägheit, mit „Tapferkeit“ auf seine Furchtsamkeit. 5. Und nicht einmal davor habe ich Angst, es könne das Urteil über meine Dankbarkeit oder Undankbarkeit davon abhängen, ob ich genug oder ob ich zuwenig gesagt habe. Denn ich sehe, daß auch die Götter selbst größere Freude haben an der Redlichkeit und Lauterkeit der Betenden als an deren sorgsam formulierten Worten und daß bei ihnen als dankbarer gilt, wer ihren Tempeln mit reinem, unbeflecktem Herzen naht, als wer ihnen ausgefeilte Hymnen vorträgt.

4. Nun verlangt aber ein Beschluß des Senats meinen Gehorsam, der zu Nutz und Frommen des Staates festgelegt hat, es sollten aus dem Munde des Konsuls und in der Form einer Danksagung\* gute Principes zu hören bekommen, was sie wirklich leisten, schlechte dagegen, was sie eigentlich leisten müßten. 2. Das bedeutet für mich in dieser Stunde eine feierliche, bindende Verpflichtung, und zwar um so mehr, als unser Vater Danksagungen einzelner Privatpersonen ausdrücklich untersagt und wohl auch gegen offizielle Danksagungen Einspruch erheben würde, falls es über-

cessurus etiam publicis, si permitteret sibi vetare quod senatus iuberet.

3. Utrumque, Caesar Auguste, moderate, et quod alibi tibi gratias agi non sinis, et quod hic sinis. Non enim a te ipso tibi honor iste, sed [ab] agentibus habetur: cedis adfectibus nostris, nec nobis munera tua praedicare sed audire tibi necesse est.

4. Saepe ego mecum, patres conscripti, tacitus agitavi, qualem quantumque esse oporteret, cuius ditione nutuque maria terrae, pax bella regerentur; cum interea fingenti formantique mihi principem, quem aequata dis immortalibus potestas deceret, numquam voto saltem concipere succurrit similem huic quem videmus. 5. Enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace; alium toga sed non et arma honestarunt; reverentiam ille terrore, alius amore humilitate captavit; ille quaesitam domi gloriam in publico, hic in publico partam domi perdidit; postremo adhuc nemo exstitit, cuius virtutes nullo vitiorum confinio laederentur.

6. At principi nostro quanta concordia quantusque concentus omnium laudum omnisque gloriae contigit! Ut nihil severitati eius hilaritate, nihil gravitati simplicitate, nihil maiestati humanitate detrahitur! 7. Iam firmitas iam proceritas corporis, iam honor capitis et dignitas oris, ad hoc aetatis inflexa maturitas, nec sine quodam munere deum festinatis senectutis insignibus ad augendam maiestatem ornata caesaries, nonne longe lateque principem ostentant?

5. Talem esse oportuit quem non bella civilia, nec armis oppressa res publica, sed pax et adoptio et tandem exorata terris numina dissident. 2. An fas erat nihil differre inter imperatorem quem ho-

haupt für ihn in Frage käme, sein Verbot gegen einen Befehl des Senats zu setzen.

3. Beidemale, Caesar Augustus, handelst du maßvoll-bescheiden: wenn du an anderen Orten Danksagungen nicht zulässest, hier aber sie erlaubst. Denn diese Ehre erweist du dir nicht selbst, sondern denen, die danksagen. Du gibst nur ungern liebevollem Drängen nach, und Zwang besteht nicht für uns, deine Gaben zu preisen, sondern für dich, uns zuzuhören.

4. Schon oft, Senatoren, habe ich im stillen überdacht, von welcher Art und welcher Größe derjenige sein sollte, der durch seinen Wink und sein Geheiß über Meere und Länder, Krieg und Frieden gebietet. Indes, sooft ich mir einen Princeps auszumalen versuchte, der zu Recht über die gleiche Machtfülle verfügte wie die unsterblichen Götter, es gelang mir doch niemals, auch nur das Wunschbild eines Mannes zu entwerfen, das dem geglichen hätte, den wir hier vor uns sehen. 5. So mancher Held glänzte im Krieg, aber im Frieden verblaßte sein Ruhm; umgekehrt brachte einen anderen die Toga zu Ehren, nicht aber die Waffe des Soldaten; dieser hat sich Respekt zu verschaffen gesucht, aber durch ein Schreckensregiment, jener Zuneigung, aber durch Selbsterniedrigung; der eine hat das Ansehen, das er im Privatleben erworben hatte, als Amtsträger verspielt, der andere den Ruhm seines öffentlichen Wirkens als Privatmann untergraben. Schließlich hat es bislang noch keinen gegeben, dessen Tugenden nicht durch Verquickung mit Lastern beeinträchtigt wurden.

6. Doch zu welcher harmonischer Ergänzung sind in der Person unseres Princeps alle ruhmvollen, glorreichen Eigenschaften vereint! Sein heiterer, offener Sinn schadet nicht seinem Ernst, seine Schlichtheit nicht seiner Würde, seine Menschlichkeit nicht seiner Hoheit. 7. Dazu sein kraftvoller, hoher Wuchs, sein edles Haupt und würdevolles Antlitz, dazu die ungeminderte Vollkraft der Jahre<sup>27</sup> und sein Haar, das – nicht ohne Zutun der Götter –, um den majestätischen Eindruck zu erhöhen, schon jetzt im bezeichnenden Schmuck des Alters prangt! Zeigt sich darin nicht, für alle sichtbar, der echte Princeps?

5. Ja, so mußte der Mann sein, der die Herrschaft auf Erden übernahm nicht durch Bürgerkriege und bewaffnete Unterdrückung des Staates, sondern im Frieden, durch Adoption und dank himmlischer Mächte, die endlich sich umstimmen ließen. 2. Oder mußte etwa kein Unterschied bestehen zwischen einem Kaiser, den

mines et quem di fecissent? quorum quidem in te, Caesar Auguste, iudicium et favor tunc statim, cum ad exercitum proficisceris, et quidem inusitato (omine) enotuit.

3. Nam ceteros principes aut largus cruor hostiarum aut sinister volatus avium consulentibus nuntiavit; tibi ascendenti de more Capitolium quamquam non id agentium civium clamor ut iam principi occurrit, 4. siquidem omnis turba quae limen insederat, ad ingressum tuum foribus reclusis, illa quidem, ut tunc arbitrabatur, deum, ceterum, ut docuit eventus, te consalutavit imperatorem. Nec aliter a cunctis omen acceptum est.

5. Nam ipse intellegere nolebas; recusabas enim imperare, recusabas, quod erat bene imperaturi. 6. Igitur cogendus fuisti. Cogi porro non poteris nisi periculo patriae et nutatione rei publicae; obstinatum enim tibi non suscipere imperium, nisi servandum fuisset. 7. Quare ego illum ipsum furorem motumque castrensem reor existitisse, quia magna vi magnoque terrore modestia tua vincenda erat; 8. ac sicut maris caelique temperiem turbines tempestatesque commendant, ita ad augendam pacis tuae gratiam illum tumultum praecessisse crediderim.

9. Habet has vices condicio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat utrorumque semina deus, et plerumque bonorum malorumque causae sub diversa specie latent.

6. Magnum quidem illud saeculo dedecus, magnum rei publicae vulnus impressum est: imperator et parens generis humani obsessus captus inclusus, ablata mitissimo seni servandorum hominum potestas, ereptumque principi illud in principatu beatissimum, quod nihil cogitur. 2. Si tamen haec sola erat ratio, quae te publicae salutis

Menschen, und einem, den Götter erhoben hatten? Was diese Götter von dir dachten, Caesar Augustus, und wie gewogen sie dir waren, wurde gleich bei deiner Abreise zum Heer offenkundig,\* und zwar durch ein außergewöhnliches Zeichen.

3. Denn bei früheren Malen hat, auf besondere Anfrage hin, entweder reichlich strömendes Opferblut oder günstiger Vogelflug den neuen Princeps verkündigt. Anders bei dir: als du der Sitte gemäß zum Kapitol emporstiegest, schlug dir das Rufen der Bürger, wenn auch ganz ohne Absicht, so entgegen, als wärest du schon der Princeps. 4. Denn dort umlagerte eine Volksmenge die Schwelle des Tempels, und als für deinen Einzug das Portal sich öffnete, da grüßten alle den Gott – so meinte man damals – mit dem Zuruf „Imperator“; doch, wie die Zukunft erwies, galt das dir.\* Und genauso wurde von allen das Zeichen aufgenommen.

5. Nur du selbst wolltest es nicht verstehen; du lehntest es ab, Imperator zu sein, und diese Ablehnung war ein Beweis dafür, daß du ein guter Imperator sein würdest. 6. Also mußtest du genötigt werden. Nötigen konnte dich freilich nur eine Lage, in der das Vaterland in Gefahr schwebte und der Staat ins Schwanken geriet; warst du doch fest entschlossen, die Lenkung des Reiches nur dann zu übernehmen, wenn es um seine Rettung ginge. 7. Und das, so glaube ich fest, war der eigentliche Grund jener Empörung und der Erhebung in der Praetorianerkaserne\*: es bedurfte einer schlimmen Gewalttat und eines großen Erschreckens, um deine Bescheidenheit zu überwinden. 8. So wie nach Sturm und Unwetter heiteres Wetter und ruhige See doppelt willkommen sind, so war, meine ich, jener Aufstand dazu bestimmt, die Dankbarkeit zu erhöhen für den Frieden, den du wiederhergestellt hast.

9. Unsere Menschennatur unterliegt dem Gesetz des Wechsels. Glück verkehrt sich in Widrigkeit, aus Widrigkeit entsteht neues Glück. In beiden Fällen läßt ein Gott die Anfänge im Dunkeln, und sehr oft verbirgt sich das, was zum Guten oder zum Bösen führt, unter dem Anschein des Gegenteils.

6. Ein übles Schandmal hat man unserer Zeit eingebrannt, eine schlimme Wunde dem Staat geschlagen: ein Kaiser und Vater des Menschengeschlechtes wurde belagert, festgenommen und gefangengesetzt; einem gütigen Greis wurde die Macht genommen, Menschen zu retten; einem Princeps wurde der beglückendste Vorzug des Principats entrissen, die Freiheit von Zwang. 2. Und trotzdem: wenn dieser Weg der einzig mögliche war, um dich zum Steuer-

gubernaculis admoveret, prope est ut exclamem tanti fuisse. Corrupta est disciplina castrorum, ut tu corrector emendatorque contingeres; inductum pessimum exemplum, ut optimum opponeretur; postremo coactus princeps quos nolebat occidere, ut daret principem, qui cogi non posset.

3. Olim tu quidem adoptari merebare; sed nescissemus quantum tibi deberet imperium, si ante adoptatus esses. Expectatum est tempus quo liqueret non tam accepisse te beneficium quam dedisse. Confugit in sinum tuum concussa res publica, ruensque imperium super imperatorem imperatoris tibi voce delatum est. 4. Imploratus adoptione et accitus es, ut olim duces magni a peregrinis externisque bellis ad opem patriae ferendam revocari solebant. Ita filius ac parens uno eodemque momento rem maximam invicem praestitistis: ille tibi imperium dedit, tu illi reddidisti. 5. Solus ergo ad hoc aevi pro munere tanto paria accipiendo fecisti, immo ultra dantem obligasti; communicato enim imperio sollicitior tu, ille securior factus est.

7. O novum atque inauditum ad principatum iter! Non te propria cupiditas proprius metus, sed aliena utilitas alienus timor principem fecit. 2. Videaris licet quod est amplissimum inter homines consecutus, felicius tamen erat illud quod reliquisti: sub bono principe privatus esse desisti. 3. Adsumptus es in laborum curarumque consortium, nec te prospera et laeta stationis istius, sed aspera et dura ad capessendam eam compulerunt: suscepisti imperium, postquam alium suscepti paenitebat.

4. Nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla necessitudo, nisi quod uterque optimus erat, dignusque alter eligi alter eligere. Itaque adoptatus es non ut prius alius atque alius in gratiam

mann des Gemeinwohls zu machen, so bin ich versucht auszurufen: der Preis war nicht zu hoch. Nur die Zerrüttung der Heeresdisziplin ließ dich zu dem werden, der sie wiederaufrichtete und noch verbesserte; das übelste Beispiel wurde geboten, damit das Beste ihm entgegentreten könne; schließlich hat der Zwang, gegen seinen Willen töten zu müssen,\* den Princeps uns einen solchen Princeps schenken lassen, über den Zwang nichts vermag.

3. Längst schon hattest du die Adoption verdient, doch wir hätten nicht erfahren, wieviel das Reich dir verdankt, wenn sie zuvor schon geschehen wäre. Erst mußte der Zeitpunkt kommen, an dem offenbar würde, daß du mit diesem Akt weniger eine Auszeichnung empfangen als einen Dienst erwiesen habest. Der Staat in seiner Not floh in deine Arme, und das Reich, das über seinen Kaiser zu stürzen drohte, wurde durch des Kaisers Wort dir übertragen. 4. Die Adoption war das geeignete Mittel, dich hilfeheischend nach Rom zu rufen!\* So hat man einst mehr als einmal große Heerführer von weitentfernten Kriegsschauplätzen abberufen, damit sie daheim dem Vaterland Hilfe brächten.\*\* Auf solche Weise habt ihr beide, Vater und Sohn, in einem und demselben Augenblick das Größte füreinander getan: er gab dir deine Gewalt, du gabst ihm die seine wieder. 5. Als einziger bis auf den heutigen Tag hast du ein derartiges Geschenk schon dadurch aufgewogen, daß du es annahmst; ja, du hast darüber hinaus den Geber dir verpflichtet. Denn die Teilhabe an der Macht hat dir größere Unruhe, ihm aber größere Ruhe gebracht.

7. Welch neuer und einmaliger Weg zum Principat! Nicht eigenes Verlangen oder eigene Furcht hat dich zum Princeps gemacht, sondern der Vorteil eines andern, die Furcht eines andern. 2. Mag es nun so aussehen, als habest du das Höchste erreicht, was Menschen erreichen können – größer war doch das Glück, das du aufgegeben hast: unter einem guten Kaiser schlicht nur ein Privatmann zu sein. 3. Man zog dich heran zur Teilnahme an Mühen und Sorgen, und was dich zur Übernahme dieses Amtes bestimmte, waren nicht der äußere Erfolg und die Annehmlichkeiten, die sie versprach, sondern ihre Härten und Schwierigkeiten. Du übernahmst ja die Macht, die einem andern zum Verdruß geworden war.

4. Zwischen Adoptivsohn und Adoptivvater bestand keinerlei Verwandtschaft, keine nähere Beziehung, nur daß beide hervorragende Männer waren und der eine würdig, erwählt zu werden, der andere, die Wahl zu treffen. Also hat dich nicht, wie das früher im-

uxoris. Adscivit enim te filium non vitricus sed princeps, eodemque animo divus Nerva pater tuus factus est, quo erat omnium. 5. Nec decet aliter filium adsumi, si adsumatur a principe. An senatum populumque Romanum, exercitus provincias socios transmissurus uni successorem e sinu uxoris accipias, summaeque potestatis heredem tantum intra domum tuam quaeras? Non totam per civitatem circumferas oculos et hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum quem dis simillimum inveneris? 6. Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus; non enim servolis tuis dominum, ut possis esse contentus quasi necessario herede, sed principem civibus daturus et imperatorem, superbum istud et regium, nisi adoptes eum quem constet imperaturum fuisse, etiamsi non adoptasses.

7. Fecit hoc Nerva nihil interesse arbitratus, genueris an elegeris, si perinde sine iudicio adoptentur liberi ac nascuntur; nisi quod tamen aequiore animo ferunt homines, quem princeps parum feliciter genuit, quam quem male elegit.

8. Sedulo ergo vitavit hunc casum, nec modo iudicium hominum sed deorum etiam in consilium adsumpsit. Itaque non in cubiculo sed in templo, nec ante genialem torum sed ante pulvinar Iovis optimi maximi adoptio peracta est, qua tandem non servitus nostra sed libertas et salus et securitas fundabatur. 2. Sibi enim gloriam illam dii vindicaverunt: horum opus, horum illud imperium. Nerva tantum minister fuit, utque adoptaret, tam paruit quam tu qui adoptabaris.

Adlata erat ex Pannonia laurea, id agentibus dis ut invicti imperatoris exortum victoriae insigne decoraret. 3. Hanc imperator

mer wieder geschah, ein Herrscher nur deswegen adoptiert, um seiner Gemahlin einen Gefallen zu tun.\* Denn der dich zum Sohne nahm, war nicht dein Stiefvater, sondern der Princeps, und der göttliche Nerva ist aus derselben Gesinnung heraus dein Vater geworden, in der er schon der Vater aller war. 5. So und nicht anders muß ein Sohn erkoren werden, wenn der, der ihn kürt, ein Princeps ist! Oder sollte, wer den Senat und das römische Volk, Heere, Provinzen und Bundesgenossen einem einzigen übergeben will, seinen Nachfolger einfach aus den Armen seiner Frau erhalten? Sollte er nicht eher alle Bürger ins Auge fassen und in demjenigen seinen nächsten Verwandten, seinen engsten Vertrauten sehen, den er als den besten Mann und als den Göttern gleichend erfunden hat? 6. Wer über alle herrschen soll, muß aus allen erwählt werden. Du willst ja nicht etwa deinen Sklaven einen neuen Herrn vorsetzen, so daß du auch mit einem Erben nach gesetzlicher Regelung\* zufrieden sein könntest, sondern du willst den Bürgern Roms einen Princeps und Kaiser geben. Darum würdest du anmaßend und despotisch handeln, wenn du nicht denjenigen adoptierst, der nach einhelliger Auffassung auch dann zur Herrschaft gekommen wäre, wenn du ihn nicht adoptiert hättest.

7. Eben dies tat Nerva. Denn für ihn schien die freie Wahl eines Sohnes um nichts besser zu sein als die leibliche Vaterschaft, wenn man bei der Adoption fremder Kinder ebenso das kritische Urteil beiseite ließe wie bei der Geburt eigener.\* Allerdings ertragen die Menschen mit größerer Gelassenheit den leiblichen Sohn eines Princeps, der nicht eben glücklich geraten ist, als einen andern, mit dem der Princeps eine schlechte Wahl getroffen hat.

8. Also vermied er sorgfältig dieses Risiko und holte sich neben dem Urteil der Menschen auch das der Götter ein. Darum wurde die Adoption nicht in seinem Schlafgemach vollzogen, sondern in einem Tempel, nicht vor seinem Ehebett, sondern vor dem Kultbett des *Iuppiter Optimus Maximus*. Dieser Schritt hat endlich einmal nicht unsere Knechtschaft begründet, vielmehr unsere Freiheit, Wohlfahrt und Sicherheit. 2. Gewiß, den Lohn des Ruhmes haben die Götter sich selbst vorbehalten. Dies war ihr Werk, ihr Auftrag; Nerva war nur ihr Gehilfe und bewies als der Adoptierende ebensoviel Gehorsam wie du, der Adoptierte.

Aus Pannonien hatte man soeben einen Lorbeerzweig gebracht;\* die Götter selbst wollten, daß ein Zeichen des Sieges den Herrschaftsbeginn eines unbesieglichen Imperators erhöhe. 3. Diesen



Nerva in gremio Iovis collocarat, cum repente solito maior augustiorque advocata contione hominum deorumque te filium sibi, hoc est unicum auxilium fessis rebus adsumpsit.

4. Inde quasi depositi imperii qua securitate qua gloria laetus (nam quantum refert, deponas an partiaris imperium? nisi quod difficilius hoc est), non secus ac praesenti tibi innixus, tuis umeris se patriamque sustentans tua iuventa, tuo robore invaluit. 5. Statim consedit omnis tumultus. Non adoptionis opus istud sed adoptati fuit; atque adeo temere fecerat Nerva, si adoptasset alium. Oblitine sumus ut nuper post adoptionem non desierit seditio sed coeperit? Inritamentum istud irarum et fax tumultus fuisset, nisi incidisset in te. 6. An dubium est ut dare posset imperium imperator, qui reverentiam amiserat, auctoritate eius effectum cui dabatur? Simul filius simul Caesar, mox imperator et consors tribuniciae potestatis, et omnia pariter et statim factus es, quae proxime parens verus tantum in alterum filium contulit.

9. Magnum hoc tuae moderationis indicium, quod non solum successor imperii, sed particeps etiam sociusque placuisti. Nam successor etiamsi nolis habendus [est]; non est habendus socius nisi velis. 2. Credentne posteri patricio et consulari et triumphali patre genitum, cum fortissimum amplissimum amantissimum sui exercitum regeret, imperatorem non ab exercitu factum? eidem, cum Germaniae praesideret, Germanici nomen hinc missum? nihil ipsum ut imperator fieret agitasse, nihil fecisse nisi quod meruit et paruit? 3. Paruisti enim, Caesar, et ad principatum obsequio per-

Zweig hatte Kaiser Nerva gerade in Jupiters Schoß gelegt – da schien er plötzlich größer und erhabener anzusehen als sonst, und in feierlicher Hinwendung zu der Versammlung der Götter und Menschen erkor er dich zu seinem Sohn, will sagen: zum alleinigen Helfer in der Krise des Staates.

4. Von da an erfüllte ihn ein frohes Gefühl der Sicherheit und des Ruhmes, ganz als habe er sein Amt schon niedergelegt. Es macht ja auch kaum einen Unterschied, ob man auf die Macht verzichtet oder einem anderen daran Anteil gibt – nur daß Teilen schwieriger ist. Und nicht anders, als wärest du zugegen, stützte er sich nun auf dich, schuf sich und dem Vaterland festen Halt an deinen Schultern, gewann neue Kraft durch deine Jugend und Stärke. 5. Sogleich sank aller Aufruhr zusammen. Diese Wirkung war nicht der Adoption zuzuschreiben, sondern der Persönlichkeit des Adoptierten, ja, Nerva hätte sehr unbesonnen gehandelt, hätte er einen anderen adoptiert. Wir wissen ja noch gut, wie vor einiger Zeit eine Rebellion mit der Adoption nicht endete, sondern erst begann!\* Auch jetzt wäre sie zum Stachel der Empörung, zur Brandfackel des Aufruhrs geworden, wenn die Wahl nicht auf dich gefallen wäre. 6. Wenn ein Imperator, dessen Ansehen geschwunden war, die Macht weitergeben konnte, so ist das ganz ohne Zweifel der Autorität dessen zu verdanken, der die Macht übernahm. Du wurdest Sohn und zugleich schon Caesar, wurdest bald darauf Imperator und Teilhaber an der tribunizischen Gewalt, erhieltest zugleich und alsbald alle die Titel, die vor nicht langer Zeit ein leiblicher Vater nur dem einen seiner beiden Söhne übertragen hat.\*

9. Es ist dies ein deutlicher Beweis deiner maßvollen Haltung, daß du nicht nur als Nachfolger im höchsten Amt, sondern auch als Teilhaber und Mitregent ausersehen wurdest. Denn einen Nachfolger hat man zwangsläufig, ob man will oder nicht; einen Teilhaber dagegen nur dann, wenn man will. 2. Werden es künftige Generationen für möglich halten, daß der Sohn eines Patriziers, eines Consulars und Triumphators,\* der selber eine tapfere, wichtige und ihm treu ergebene Armee befehligte, nicht von eben dieser Armee zum Kaiser erhoben wurde? Daß diesem selben Manne, der doch das Oberkommando in Germanien hatte, von Rom aus der Beiname *Germanicus* verliehen wurde?\*\*\* Daß er von sich aus nichts unternahm, um Kaiser zu werden, nur eben gehorsam seine Pflicht tat? 3. Wahrlich, Caesar, du warst ein folgsamer Soldat, und durch Gehorsam bist du zum Principat gekommen, und nie hast du



venisti, nihilque magis a te subiecti animo factum est quam quod imperare coepisti, iam Caesar iam imperator iam Germanicus absens et ignarus, et post tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus.

4. Magnum videretur, si dicerem „Nescisti te imperatorem futurum“: eras imperator et esse te nesciebas. Ut vero ad te fortunae tuae nuntius venit, malebas quidem hoc esse quod fueras, sed non erat liberum. An non obsequeris principi civis, legatus imperatori, filius patri? 5. Ubi deinde disciplina, ubi mos a maioribus traditus, quodcumque imperator munus iniungeret, aequo animo paratoque subeundi? Quid enim, si provincias ex provinciis ex bellis bella mandaret? (Apparet) eodem illo uti iure, cum ad imperium revocet, quo sit usus cum ad exercitum miserit, nihilque interesse ire legatum an redire principem iubeat, nisi quod maior sit obsequii gloria in eo, quod quis minus velit.

10. Augebat auctoritatem iubentis in summum discrimen auctoritas eius adducta, utque magis parendum imperanti putares, efficiebatur eo quod ab aliis minus parebatur. 2. Ad hoc audiebas senatus populique consensum: non unius Nervae iudicium illud, illa electio fuit. Nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant; ille tantum iure principis occupavit, primusque fecit quod facturi omnes erant. Nec hereule tanto opere cunctis factum placeret, nisi placuisset ante quam fieret.

3. At quo, di boni, temperamento potestatem tuam fortunamque moderatus es! Imperator tu titulis et imaginibus et signis, ceterum modestia labore vigilantia dux et legatus et miles, cum iam tua

deine Bereitschaft zur Unterordnung besser bewiesen als durch deinen Anfang im Herrscheramt: da warst du offiziell schon Caesar, Imperator, Germanicus, und doch, weit weg von Rom, wußtest du nichts von allem, warst trotz so hoher Titel, soweit es an dir lag, nur ein einfacher Untertan.

4. Es klänge schon übersteigert, würde ich sagen: „Du hattest keine Ahnung, daß du einmal Kaiser würdest.“ Doch du warst schon Kaiser und wußtest es nicht! Wie aber die Kunde von deinem Glück dich erreichte, wärest du viel lieber das geblieben, was du bisher warst. Doch die Freiheit der Wahl hattest du nicht mehr. Wie hättest du auch den Gehorsam verweigern können als Bürger gegenüber dem Princeps, als General gegenüber dem obersten Feldherrn, als Sohn gegenüber dem Vater? 5. Wo wäre da die militärische Disziplin geblieben, wo die überkommene Vätersitte, nach der ein Soldat in gelassener Bereitschaft jede Aufgabe übernimmt, die der Feldherr ihm aufbürdet? Was wäre anders gewesen, wenn er dir eine Provinz nach der andern, einen Krieg nach dem andern übertragen hätte? Ein Princeps, der seinen Untergebenen zurückbeordert zur Übernahme der Regierung, bedient sich eindeutig desselben Rechtstitels, aufgrund dessen er ihn zur Armee gesandt hat, und es macht keinen Unterschied, ob er ihm gebietet, als General ins Feld zu rücken oder als Princeps heimzukehren. Nur: der Gehorsam ist dort eine ruhmvollere Leistung, wo die eigene Neigung schwächer ist.

10. Daß die Autorität dessen, der diesen Befehl erließ, soeben in die schwerste Krise geraten war, dies gerade steigerte ihre Wirkung auf dich; daß andere ihm den Gehorsam versagten, war für dich ein Grund, dich erst recht zum Gehorsam verpflichtet zu fühlen. 2. Zudem erfuhrt du von der einmütigen Zustimmung des Senats und des Volkes. Also stand nicht nur Nerva hinter dieser Entscheidung und Erwählung, nein, überall hatten die Menschen diesen innigen Wunsch. Nerva hat nur sein Recht als Princeps gebraucht und als erster so gehandelt, wie es im Sinne aller war. Und sein Schritt fände heute gewiß keine so breite Zustimmung, wenn sie ihm nicht schon vor der Ausführung sicher gewesen wäre.

3. Doch – die Götter bezeugen es – wie maßvoll und zurückhaltend bleibst du im Gebrauch deiner Macht und deines Glücks! Ein Imperator zwar, ausgewiesen durch Inschriften, Bildnisse und Feldzeichen,\* doch, sieht man auf deine persönliche Schlichtheit, dein rastloses Wirken und deine wachsame Bereitschaft, ein Heer-

vexilla tuas aquilas magno gradu anteires, neque aliud tibi ex illa adoptione quam filii pietatem filii obsequium adsereres, longamque huic nomini aetatem, longam gloriam precarere. 4. Iam te providentia deorum primum in locum provexerat; tu adhuc in secundo resistere atque etiam senescere optabas: privatus tibi videbaris, quam diu imperator et alius esset. Audita sunt tua vota, sed in quantum optimo illi et sanctissimo seni utile fuit, quem di ideo caelo vindicaverunt, ne quid post illud divinum et immortale factum mortale faceret: 5. deberi quippe maximo operi hanc venerationem, ut novissimum esset, auctoremque eius statim consecrandum, ut quandoque inter posteros quaereretur, an illud iam deus fecisset.

6. Ita ille nullo magis nomine publicus parens, quam quia tuus. Ingens gloria ingensque fama: cum abunde expertus esset, quam bene umeris tuis sederet imperium, tibi terras te terris reliquit, eo ipso carus omnibus ac desiderandus, quod prospexerat ne desideraretur.

11. Quem tu lacrimis primum, ita ut filium decuit, mox templis honestasti, non imitatus illos qui hoc idem sed alia mente fecerunt. Dicavit caelo Tiberius Augustum, sed ut maiestatis crimen induceret; Claudium Nero, sed ut irrideret; Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille ut dei filius, hic ut frater videretur. 2. Tu sideribus patrem intulisti non ad metum civium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia deum credis. 3. Minus hoc est, cum fit ab iis qui et sese deos putant. Sed licet illum aris pulvinaribus flamine colas, non alio magis tamen deum et facis et pro-

fürher, ein General, ein Soldat – so schrittst du nun kraftvoll deinen Fahnen, deinen Adlern voraus. Und nur auf ein einziges Vorrecht des Adoptierten erhobst du Anspruch: die Ergebenheit eines Sohnes, den Gehorsam eines Sohnes. Diesen Sohnesnamen lange und ruhmvoll tragen zu dürfen, war dein Gebet. 4. Die Fürsorge der Götter hatte dich schon zum höchsten Rang erhoben, du aber wolltest weiterhin auf dem zweithöchsten verharren und sogar alt werden darin. Denn in deinem Selbstverständnis warst du ein einfacher Bürger, solange es neben dir noch einen anderen Imperator gab. Deine Gebete wurden erhört, freilich nur, soweit es für jenen trefflichen und ehrwürdigen Greis gut war. Ihn forderten sich die Götter für ihren Himmel,<sup>9</sup> um zu verhindern, daß er nach dieser übermenschlichen, göttlichen Tat noch etwas in nur menschlichem Maße tue; 5. gebühre doch, dachten sie, seinem größten Werk dieser besondere Ehrerweis, daß es das letzte sei, und es müsse sein Schöpfer sogleich zum Gott erhöht werden, damit später einmal die Nachwelt sich die Frage stelle, ob er jenes Werk nicht schon als Gott vollbracht habe.

6. So war Nerva im eigentlichen Sinne dadurch der Vater aller, daß er dein Vater war. Welch leuchtender Ruhm für ihn: als er den unumstößlichen Beweis hatte, wie fest das Reich auf deinen Schultern ruhte, da ließ er als sein Vermächtnis dir die Erde, der Erde dich. Und gerade darum galt ihm die Liebe und die Sehnsucht aller, weil er dafür gesorgt hatte, daß niemand ihn vermissen mußte.

11. Ihm hast du die gebührende Ehre erwiesen, erst durch deine Tränen, wie es einem Sohn geziemt, und bald auch durch Tempelbauten – doch ohne das Beispiel derjenigen nachzuahmen, die zwar dasselbe getan hatten, aber in anderer Absicht. Tiberius hat den Augustus zum Gott erhoben – um die Anklage wegen Majestätsverletzung einzuführen; Nero den Claudius – um ihn zu verspotten; Titus den Vespasian, Domitian den Titus – um im einen Fall als Sohn, im andern als Bruder eines Gottes zu gelten. 2. Du aber hast deinen Vater zu den Sternen erhoben, nicht um die Bürger in Schrecken zu versetzen, nicht um die wahren Gottheiten zu verunglimpfen, nicht um deine eigene Ehre zu erhöhen, sondern weil du ihn wirklich als Gott siehst. 3. Das bedeutet bei dir mehr als bei solchen, die sich auch selbst für Götter halten. Doch, obschon du für deines Vaters Kult Altäre, Kultbetten und einen Priester gestiftet hast, so ist doch das, wodurch du ihn am meisten zum Gott machst und seine Gottheit erweist, dein eigenes Wesen. Denn wenn ein

bas, quam quod ipse talis es. In principe enim qui electo successore fato concessit, una itemque certissima divinitatis fides est bonus successor.

4. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid adrogantiae accessit? Num hos proximos divinitate parentum desides ac superbos potius quam illos veteres et antiquos aemuleris, qui hoc ipsum imperium . . . quam imperator cuius pulsi fugatique non aliud maius habebatur indicium, quam si triumpharet. 5. Ergo sustulerant animos et iugum excusserant, nec iam nobiscum de sua libertate sed de nostra servitute certabant, ac ne indutias quidem nisi aequis conditionibus inibant legesque ut acciperent dabant.

12. At nunc rediit omnibus terror, et metus et votum imperata faciendi. Vident enim Romanum ducem unum ex illis veteribus et priscis, quibus imperatorium nomen addebant contexti caedibus campi et infecta victoriis maria. 2. Accipimus obsides ergo non eminus, nec ingentibus damnis immensisque muneribus paciscimur ut vicerimus. Rogant supplicant, largimur negamus, utrumque ex imperii maiestate. Agunt gratias qui impetraverunt, non audent queri quibus negatum est. 3. An audeant, qui sciant te adsedissero ferocissimis populis, eo ipso tempore quod amicissimum illis difficillimum nobis, cum Danubius ripas gelu iungit, duratusque glacie ingentia tergo bella transportat, cum ferae gentes non telis magis quam suo caelo, suo sidere armantur? 4. Sed ubi in proximo tu, non secus ac si mutatae temporum vices essent, illi quidem latibulis suis clausi tenebantur, nostra agmina percursare ripas et aliena occasione si permitteres uti, utroque hiemem suam barbaris inferre gaudebant.

Princeps nach der Wahl seines Nachfolgers dahingegangen ist, gibt es nur einen einzigen und zugleich überzeugenden Beweis seiner Göttlichkeit: daß seine Wahl auf einen guten Nachfolger fiel.

4. Bist du nun, als eines unsterblichen Vaters Sohn, darum irgendwie überheblich geworden? Könntest du wohl dein Vorbild eher in Söhnen sehen wie diesen, die jüngst durch die Gottwerdung ihrer Väter träge und eingebildet wurden, als in jenen altehrwürdigen Römern, die eben dieses Reich . . ., (anders) als der Imperator, auf dessen militärisches Versagen man dann am sichersten schließen konnte, wenn er einen Triumph feierte.\* 5. Also hatten (die Feinde) ihr Haupt erhoben und das Joch abgeschüttelt, und ihr Kampf gegen uns galt nicht mehr ihrer Freiheit, sondern unserer Unterwerfung; ja, selbst einen Waffenstillstand schlossen sie nur von gleich zu gleich und stellten zuerst ihre eigenen Bedingungen, bevor sie unsere annahmen.\*

12. Doch jetzt ist allen wieder Angst und Schrecken zurückgekehrt und der dringende Wunsch, unsere Gebote zu erfüllen. Denn sie sehen vor sich einen römischen Heerführer vom Schlage jener Helden der Frühzeit, die den Namen *Imperator* erhielten, weil ihre Siege die Schlachtfelder mit Erschlagenen bedeckt und die Meere mit Blut gefärbt hatten. 2. Nun ist es so, daß man uns Geiseln bietet, nicht wir sie kaufen müssen, und daß wir nicht nötig haben, mit gewaltigen finanziellen Opfern und üppigen Geschenken einen „Sieg“ auszuhandeln. Die andern sind's, die bitten und flehen, wir aber gewähren und verweigern, wie es jeweils der erhabenen Würde des Reiches entspricht. Die ihre Bitte erfüllt sehen, bedanken sich, und die Abgewiesenen wagen keinen Protest. 3. Wie sollten sie dies auch wagen? Sie wissen ja nur zu gut, wie du damals\* gegen die kriegerischsten Völker eine Front aufgebaut hast genau zu der Jahreszeit, die für sie besonders günstig und für uns besonders schwierig ist: wenn die Donau von Ufer zu Ufer fest zugefroren ist und ihr Eispanzer ganze Armeen trägt, wenn jenen wilden Volksstämmen, außer ihren üblichen Waffen, auch die klimatischen Bedingungen ihrer Heimat zustatten kommen. 4. Doch sobald du in der Nähe warst, schienen die Jahreszeiten geradezu umgekehrt: die Feinde hielten sich in ihren Schlupfwinkeln versteckt, unsere Truppen aber machten sich einen Spaß daraus, übers Eis hinüberzustreifen, den Vorteil der anderen, wenn immer du es zuließest, für sich auszunutzen und gegen die Barbaren einen Winterkrieg in ihrem eigenen Stil zu führen.

13. Haec tibi apud hostes veneratio. Quid? apud milites quam admirationem quemadmodum comparasti! cum tecum in ediam tecum sitim ferrent; cum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres, nihil a ceteris nisi robore ac praestantia (differens) libero Marte nunc cominus tela vibrares, nunc vibrata susciperes, alacer virtute militum et laetus, quotiens aut cassidi tuae aut clipeo gravior ictus incideret 2. (laudabas quippe ferientes, hortabarisque ut auderent, et audebant iam); cum spectator (moderator) que ineuntium certamina virorum arma componeres, tela temptares, ac si quod durius accipienti videretur, ipse librares. 3. Quid cum solacium fessis, aegris opem ferres? Non tibi moris tua inire tentoria, nisi commilitonum ante lustrasses, nec requiem corpori nisi post omnes dare.

4. Hac mihi admiratione dignus imperator (vix) videretur, si inter Fabricios et Scipiones et Camillos talis esset; tunc enim illum imitationis ardor semperque melior aliquis accenderet. 5. Postquam vero studium armorum a manibus ad oculos, ad voluptatem a labore translatum est, postquam exercitationibus nostris non veteranorum aliquis cui decus muralis aut civica, sed Graeculus magister adsistit, quam magnum est unum ex omnibus patrio more patria virtute laetari, et sine aemulo [ac] sine exemplo secum certare, secum contendere ac, sicut imperet solus, solum ita esse qui debeat imperare!

14. Non incunabula haec tibi, Caesar, et rudimenta, cum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augeres, nomenque Germanici iam tum mererere, cum ferociam superbiamque Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes, Rhenumque et Euphraten admirationis tuae societate coniungeres? cum orbem ter-

13. So groß war die Scheu der Feinde vor dir. Unsere eigenen Soldaten dagegen, welche Bewunderung hast du ihnen eingeflößt! und auf welche Weise! Hunger und Durst hast du mit ihnen geteilt; damals beim Manöver warst du, der General, vom gleichen Staub und Schweiß bedeckt wie die Mannschaften, und genauso wie die andern, nur ausgezeichnet durch Kraft und Überlegenheit, hast du in einem Kampf, in dem kein Rangunterschied galt, bald auf geringe Distanz deine Speere geschleudert, bald warst du selbst das Ziel von Speerwürfen, erfreut und begeistert über die Tapferkeit deiner Soldaten, sooft ein besonders heftiger Stoß deinen Helm oder deinen Schild traf – 2. ja, du lobtest sie, wenn sie zustießen, machtest ihnen Mut, und schon trauten sie sich! Wenn die Männer ihre Zweikämpfe begannen, warst du als Beobachter und Leiter dabei, sorgtest für die Bereitstellung der Waffen, prüftest die Speere, und wenn ein Empfänger mit dem seinen offenbar Mühe hatte, schwangst du ihn selbst. 3. Warst es nicht du, der den Erschöpften Zuspruch, den Kranken Hilfe brachte? Es war dein Brauch, erst nach einem Rundgang durch die Zelte deiner Kameraden dein eigenes Zelt aufzusuchen und dir als letztem von allen Ruhe zu gönnen.

4. Freilich, diese Bewunderung würde ein General meines Erachtens schwerlich verdienen, wenn er als Zeitgenosse eines Fabricius, eines Scipio, eines Camillus so handeln würde; denn dann würde ihn ja der heiße Drang beseelen, es dem gleichzutun, der immer noch besser ist als er. 5. Seit aber das Interesse an Soldatischem sich gewandelt hat vom Mitmachen zum Zuschauen, von der Mühsal zum Vergnügen, seit nicht mehr einer der Veteranen, ausgezeichnet mit der Mauer- oder Bürgerkrone,<sup>2</sup> unsere militärische Ausbildung leitet, sondern irgendein griechischer Lehrmeister – wie großartig ist es da, daß wenigstens einer unter allen seine Freude findet an Vätersitte und Vätertugend, daß er ohne Konkurrenten, ohne Vorbild nur sich selbst zu übertreffen sucht, und daß ihm, wie er als einziger herrscht, so als einzigem die Herrschaft gebührt!

14. Wo aber, Caesar, lagen deine kriegerischen Anfänge und frühesten Taten? Noch fast als Knabe hast du dich im Partherkrieg ausgezeichnet<sup>2</sup> und so zum Ruhme deines Vaters beigetragen, hast den Namen *Germanicus* schon damals verdient. Allein durch die Meldung von deinem Anrücken hast du die Parther in Schrecken versetzt und ihren wilden Übermut gebändigt, hast, in gemeinsamer staunender Bewunderung für dich, die Ströme Rhein und Euphrat zusammengeführt. Über den ganzen Erdkreis ging dein

rarum non pedibus magis quam laudibus peragreres, apud eos semper maior et clarior quibus postea contigisses? Et necdum imperator, necdum dei filius eras.

2. Germaniam (Hispaniam) que cum plurimae gentes ac prope infinita vastitas interiacentis soli, tum Pyrenaeus Alpes immensique alii montes nisi his comparentur, muniunt dirimuntque. 3. Per hoc omne spatium cum legiones duceres seu potius (tanta velocitas erat) raperes, non vehiculum umquam, non equum respexisti. Levis hic, non subsidium itineris sed decus [et cum] subsequebatur, ut cuius tibi nullus usus, nisi cum die stativorum proximum campum alacritate discursus pulvere attolleres. 4. Initium laboris mirer an finem? Multum est quod perseverasti, plus tamen quod non timuisti ne perseverare non posses.

5. Nec dubito quin ille qui te inter ipsa Germaniae bella ab Hispania usque ut validissimum praesidium exciverat, iners ipse alienisque virtutibus tunc quoque invidus imperator, cum ope earum indigeret, tantam admirationem tui non sine quodam timore conceperit, quantam ille genitus Iove post saevos labores duraque imperia regi suo indomitus semper indefessusque referebat, cum aliis super alias expeditionibus itinere illo dignus invenireris.

15. Tribunus vero disiunctissimas terras teneris adhuc annis viri firmitate lustrasti, iam tunc praemonente fortuna, ut diu penitusque perdisceres, quae mox praecipere deberes. 2. Neque enim prospexisse castra brevemque militiam quasi transisse contentus, ita egisti tribunum ut esse dux statim posses, nihilque discendum haberes tempore docendi: 3. cognovisti per stipendia decem mores gentium regionum situs opportunitates locorum, et diversam aquarum caelique temperiem ut patrios fontes patriumque sidus ferre consue-

Marsch, mehr noch: dein Ruhm. Denn je später du an einem Ort eintrafst, desto größer und heller strahlte dort schon dein Name. Und noch warst du nicht Imperator, noch nicht eines Gottes Sohn!

2. Die Provinzen Germanien und Spanien sind bewehrt und voneinander getrennt durch zahlreiche Volksstämme und die fast grenzenlose Weite der dazwischenliegenden Gebiete, besonders aber durch die Pyrenäen, die Alpen und andere, weniger hohe, aber immer noch gewaltige Gebirge. 3. Als du über diese ganze große Strecke deine Legionen führtest, nein besser (so rasch ging es): sie mit dir rissesst,\* hast du dich niemals um einen Wagen oder um ein Pferd bemüht. Zwar folgte dir ein Pferd ohne Reiter, nicht um deinen Marsch zu erleichtern, sondern um deinen Rang zu unterstreichen, nutzlos fast – nur an Ruhetagen, da sprengtest du mit ihm im Galopp über das nächste Blachfeld, daß der Staub emporwirbelte. 4. Soll ich den Anfang oder das Ende deines Unternehmens bewundern? Es hat viel zu sagen, daß du durchgehalten hast, mehr noch, daß du keine Angst hattest, nicht durchhalten zu können.

5. Ich bin mir ganz sicher: jener Mann, der mitten während des Krieges in Germanien dich aus Spanien als seine stärkste Unterstützung herbeirief, jener energielose Kaiser, der auf die Tüchtigkeit anderer auch dann noch eifersüchtig war, wenn er ihrer Hilfe bedurfte, er hat eine ebensolche mit Furcht vermischte Bewunderung für dich empfunden, wie sie jener Jupitersohn seinem König einflößte, wenn er nach schlimmen Mühen und harten Aufträgen stets wieder unbezwungen und unverdrossen zurückkehrte;\* denn nach jenem Marsch galtst du als der richtige Mann, eine Unternehmung nach der andern auszuführen.

15. Als Militärtribun aber hast du die entferntesten Länder durchzogen, zwar noch ein Jüngling, aber schon mit der festen Kraft eines Mannes. Schon damals hielt dich dein Geschick dazu an, lange und gründlich die Dinge zu lernen, die du bald lehren solltest. 2. Denn nicht damit zufrieden, das Heerlager nur von ferne gesehen und einen kurzen Militärdienst im Flug durchheilt zu haben, hast du als Tribun dich so bewährt, daß du im Anschluß daran sogleich Heerführer sein konntest und, nunmehr Lehrer geworden, nichts mehr zu lernen hattest. 3. Denn im Laufe von zehn Dienstjahren\* hast du dir Kenntnisse erworben von den Sitten der Völker, von der Geographie der Länder und den strategischen Möglichkeiten ihrer Lage, und es ist dir zur Gewohnheit geworden, Klima und Trinkwasser fremder Himmelsstriche zu ertragen, als wären's die Quel-

sti. 4. Quotiens equos, quotiens emerita arma mutasti! Veniet ergo tempus quo posteri visere visendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus, quae refectiones tuas arbores, quae somnum saxa praetexerint, quod denique tectum magnus hospes impleveris, ut tunc ipsi tibi ingentium ducum sacra vestigia isdem in locis monstrabantur. 5. Verum haec olim; in praesentia quidem, quisquis paulo vetustior miles, hic te commilitone censetur. Quotus enim quisque, cuius tu non ante commilitone quam imperator? Inde est, quod prope omnes nomine adpellas, quod singulorum fortia facta commemoras, nec habent adnumeranda tibi pro re publica vulnera, quibus statim laudator et testis contigisti.

16. Sed tanto magis praedicanda est moderatio tua, quod innutritus bellicis laudibus pacem amas, nec quia vel pater tibi triumphalis vel adoptionis tuae die dicata Capitolino Iovi laurus, idcirco ex occasione omni quaeris triumphos. 2. Non times bella nec provocas. Magnum est, imperator Auguste, magnum est stare in Danubii ripa, si transeas certum triumphi, nec decertare cupere cum recusantibus; quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. 3. Nam ut ipse nolis pugnare moderatio, fortitudo tua praestat ut neque hostes tui velint. Accipiet ergo aliquando Capitolium non mimicos currus nec falsae simulacra victoriae, sed imperatorem veram ac solidam gloriam reportantem, pacem tranquillitatem et tam confessa hostium obsequia, ut vincendus nemo fuerit.

4. Pulchrius hoc omnibus triumphis; neque enim unquam nisi ex contemptu imperii nostri factum est ut vinceremus. 5. Quodsi

len und das Klima der Heimat. 4. Wie oft hast du die Pferde, wie oft die ausgedienten Waffen gewechselt! Kommen wird einst die Zeit, da spätere Generationen nur ein Ziel ihrer Sehnsucht kennen und auch die Jüngeren dafür begeistern möchten: die Gefilde zu sehen, die deinen Schweiß getrunken haben, die Bäume, die deine Ruhepausen beschattet, die Felsen, die deinen Schlaf beschützt haben, das Haus schließlich, dessen gastliches Obdach du mit deiner hohen Gegenwart erfüllt hast – genauso, wie man damals dir selbst an denselben Orten die geheiligten Spuren großartiger Heerführer wies. 5. Freilich, das liegt in der Zukunft; doch schon heute gilt jeder ein wenig ältere Soldat darum etwas, weil er an deiner Seite gedient hat. Denn wie viele gibt es überhaupt, deren Kamerad du nicht gewesen wärest, bevor du ihr Feldherr wurdest? Aus diesem Grunde kannst du sie fast alle mit Namen anreden, hast die Heldentaten jedes einzelnen im Gedächtnis, und sie brauchen dir nicht die Wunden aufzuzählen, die sie fürs Vaterland empfangen haben – du warst ja dabei und konntest sogleich ihr Heldentum rühmend bezeugen.

16. Doch um so höher muß man deine maßvolle Haltung rühmen. Denn obwohl in kriegerischem Ruhm aufgewachsen, liebst du doch den Frieden, und daß dein Vater einen Triumph gefeiert hat oder am Tage deiner Adoption dem kapitolinischen Jupiter Lorbeer dargebracht wurde, war für dich noch lange kein Grund, bei jeder Gelegenheit nach Triumphen zu schießen. 2. Kriege fürchtest du nicht, aber du suchst sie auch nicht. Es ist eine großartige Sache, Imperator Augustus, wenn einer am Ufer der Donau steht\* in der sicheren Gewißheit, daß ein Übergang über den Strom Sieg bedeuten würde, und doch keinen Entscheidungsschlag führen möchte gegen einen Feind, der den Kampf verweigert. Das eine ist Wirkung deiner Tapferkeit, das andere ist Ergebnis deiner maßvollen Haltung. 3. Denn diese garantiert, daß du selbst nicht zu kämpfen wünschst, deine Tapferkeit aber, daß auch die Feinde nicht kämpfen wollen. Also wird eines Tages auf dem Kapitol einziehen nicht ein Mummenschanz unechter Triumphwagen und vorgetäuschter Siegeszeichen, sondern ein Feldherr, der wahren und dauerhaften Ruhm in die Heimat bringt und eine so deutlich erklärte Unterwerfung der Feinde, daß zu einem Sieg gar kein Anlaß vorhanden war.

4. Das ist herrlicher als alle Triumphhe! Denn bisher hat immer nur die Verachtung der Feinde für unser Reich uns Anlaß zu einem Sieg geboten. 5. Doch sollte ein Barbarenkönig\* seinen dreisten

quis barbarus rex eo insolentiae furorisque processerit, ut iram tuam indignationemque mereatur, ne ille, sive interfuso mari seu fluminibus immensis seu praecipiti monte defenditur, omnia haec tam prona tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, ut subsedis montes, flumina exaruisse, interceptum mare inlatasque sibi non classes nostras sed terras ipsas arbitretur.

17. Videor iam cernere non spoliis provinciarum et extorto sociis auro, sed hostilibus armis captorumque regum catenis triumphum gravem; 2. videor ingentia ducum nomina nec indecora nominibus corpora noscitate; videor intueri immanibus ausis barbarorum onusta fercula et sua quemque facta vincis manibus sequentem, mox ipsum te sublimem instantemque curru domitarum gentium tergo, ante currum autem clipeos quos ipse perfoderis.

3. Nec tibi opima defuerint, si quis regum venire in manus audeat, nec modo telorum tuorum, sed oculorum etiam minarumque coniectum, toto campo totoque exercitu opposito perhorrescat. 4. Meruisti proxima moderatione, ut quandoque te vel inferre vel propulsare bellum coegerit imperi dignitas, non ideo vicisse videaris ut triumphares, sed triumphare quia viceris.

18. Aliud ex alio mihi occurrit. Quam speciosum est enim quod disciplinam castrorum lapsam extinctam refovisti, depulso prioris saeculi malo inertia et contumacia et dedignatione parendi! 2. Tutum est reverentiam, tutum caritatem mereri, nec ducum quisquam aut non amari a militibus aut amari timet; exinde offensae pariter

Wahnsinn so weit treiben, daß er deinen Zorn und deine Empörung verdient, dann mag er nur immer geschützt sein durch ein trennendes Meer, durch gewaltige Flüsse oder durch schroffe Gebirge: er wird spüren müssen, daß alle diese Hindernisse sich glätten und deiner Tapferkeit weichen, wird schließlich glauben, die Berge seien eingesunken, die Flüsse ausgetrocknet, das Meer verschwunden, und es seien gegen ihn angerückt nicht unsere Flotten, sondern die Naturgewalten selbst.

17. Schon meine ich deinen Triumphzug zu sehen!\* Er scheint aufs prächtigste ausgestattet, doch nicht mit Dingen, die aus den Provinzen geraubt wurden, nicht mit Gold, das man den Bundesgenossen gewaltsam genommen hat,\*\* sondern mit den Waffen unserer Feinde und den Ketten gefangener Könige. 2. Mir ist, als erkennte ich die geschlagenen Heerführer, ihre klangvollen Namen und ihre körperliche Erscheinung, die den Namen Ehre macht; ich sehe, wie man, in Bildern gezeigt, die schrecklichen Taten der Barbaren im Zuge mitträgt\* und jeder Gefangene mit gefesselten Händen seinen Werken leibhaftig folgt. Bald erscheinst du selbst, dicht hinter den bezwungenen Völkern, hochaufgerichtet im Wagen des Siegers, davor aber die Schilde, die du mit eigener Hand durchbohrt hast.

3. Und auch die ehrenvollste Beute\* könnte dir zufallen! Es müßte nur einer der Könige es wagen, gegen dich anzutreten – aber die Angst würde ihn packen, nicht nur vor deinen Speeren, sondern auch vor deinem drohenden Blick, und läge auch das ganze Schlachtfeld zwischen ihm und dir. 4. Wann immer in der Zukunft die Ehre des Reiches dir einen Angriffs- oder Verteidigungskrieg aufgenötigt hat, es wird – dank deiner unlängst bewiesenen maßvollen Haltung – klar sein: du hast nicht deshalb den Sieg errungen, weil du triumphieren wolltest, sondern du triumphierst, weil du gesiegt hast.

18. Der eine Gedanke führt gleich zum nächsten. Wie großartig ist doch deine Leistung als Erneuerer der verkommenen Heereszucht! Faulheit, Widersetzlichkeit, Verweigerung des Gehorsams – das Übel der zurückliegenden Epoche – hast du ausgemerzt. 2. Nun bringt es keine Gefahr mehr, sich Respekt und Wertschätzung zu erwerben, und die Generäle brauchen keine Angst mehr zu haben, sie könnten entweder die Liebe oder die Abneigung ihrer Soldaten finden. Ohne groß danach zu fragen, ob sie sich beliebt



gratiaeque securi, instant operibus, adsunt exercitationibus, arma moenia viros aptant. 3. Quippe non is princeps qui sibi imminere sibi intendi putet, quod in hostes paretur; quae persuasio fuit illorum qui hostilia cum facerent timebant. Iidem ergo torpere militaria studia nec animos modo sed corpora ipsa languescere, gladios etiam incuria hebetari retundique gaudebant. Duces porro nostri non tam regum exterorum quam suorum principum insidias, nec tam hostium quam commilitonum manus ferrumque metuebant.

19. Est haec natura sideribus, ut parva et exilia validiorum exortus obscuret: similiter imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur. 2. Tu tamen maior quidem omnibus eras, sed sine ullius deminutione maior: eandem auctoritatem praesente te quisque quam absente retinebat; quin etiam plerisque ex eo reverentia accesserat, quod tu quoque illos reverebare. 3. Itaque perinde summis atque infimis carus, sic imperatorem commilitonemque miscueras, ut studium omnium laboremque et tamquam exactor intenderes et tamquam particeps sociusque relevares. 4. Felices illos, quorum fides et industria non per internuntios et interpretes, sed ab ipso te nec auribus tuis sed oculis probabantur! Consecuti sunt ut absens quoque de absentibus nemini magis quam tibi crederes.

20. Iam te civium desideria revocabant, amoremque castrorum superabat caritas patriae.

Iter inde placidum ac modestum et plane a pace redeuntis. 2. Nec vero ego in laudibus tuis ponam, quod adventum tuum non pater

machen oder nicht, sehen sie streng auf Ausführung der militärischen Arbeiten, nehmen an den Manövern teil, sorgen für den einsatzbereiten Zustand des Waffenpotentials, der Befestigungsbauten und der Truppe selbst. 3. Denn unser Princeps gehört nicht zu denen, die es auf sich selbst gemünzt, als eine Bedrohung ihrer eigenen Person empfinden, wenn gegen den Feind gerüstet wird. Das war ja die fixe Idee jener Leute, die Böses befürchteten, weil sie selbst Böses taten, und darum voll Freude zusahen, wie der Eifer der Soldaten erlahmte und nicht nur ihre kriegerische Gesinnung, sondern auch ihre körperliche Verfassung erschlaffte, wie selbst die Schwerter aus Mangel an Pflege stumpf und wirkungslos wurden. Und unsere Generale fürchteten ihrerseits die Nachstellungen der eigenen Principes mehr als die fremder Könige, das Schwert in der Hand ihrer Kameraden mehr als das der Feinde.

19. Am Himmel oben gilt das Gesetz, daß der Aufgang hellerer Sterne die kleinen und schwachen verdunkelt: ebenso stellt die Ankunft des Imperators den Glanz der Legaten in den Schatten.\* 2. Du jedoch warst zwar größer als alle, doch wurde darum niemand kleiner. Jeder behielt sein Ansehen unverändert, ob du nun zugegen warst oder nicht, ja, sehr viele erlebten sogar einen Zuwachs an Achtung, weil du ihnen ebenfalls Achtung erwiesest. 3. Daher warst du bei den ranghöchsten Offizieren genauso beliebt wie bei den einfachen Soldaten, und, weil zugleich oberster Feldherr und Kamerad, vermochtest du wie ein strenger Aufseher den Eifer und die Leistung aller Leute zu steigern und, wie ein Nebenmann mit anpackend, ihre Mühe zu erleichtern. 4. Glückliche alle, deren Zuverlässigkeit und Einsatzbereitschaft nicht auf Erwähnung in der militärischen Berichterstattung angewiesen war, sondern von dir selbst mit eigenen Augen anerkennend vermerkt wurde! Das hatte für sie zur Folge, daß du bei einer späteren Beurteilung aus der Ferne ebenso deinem persönlichen Eindruck am meisten Gewicht gabst.

20. Jetzt aber rief dich die Sehnsucht der Bürger nach Rom,\* und deine Leidenschaft fürs Soldatenleben mußte zurücktreten hinter der Liebe zum Vaterland.

Dein Rückmarsch verlief ruhig und ohne besonderen Aufwand, ganz der eines Mannes, der von friedlicher Mission heimkehrt. 2. Kein Vater einer Tochter, kein Ehemann zitterte vor deiner Ankunft. Freilich, das möchte ich nicht zu deinen Verdiensten zäh-

quisquam, non maritus expavit: adfectata aliis castitas, tibi ingenita et innata, interque ea quae imputare non possis. 3. Nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hospitia fastidium; annonae quae ceteris; ad hoc comitatus accinctus et parens. Diceres magnum aliquem ducem ac te potissimum ad exercitus ire: adeo nihil aut certe parum intererat inter imperatorem factum et futurum.

4. Quam dissimilis nuper alterius principis transitus! si tamen transitus ille, non populatio fuit, cum abactus hospitium exsereret, omniaque dextera laevaue perusta et attrita, ut si vis aliqua vel ipsi illi barbari quos fugiebat inciderent. Persuadendum provinciis erat illud iter Domitiani fuisse, non principis.

5. Itaque non tam pro tua gloria quam pro utilitate communi edicto subiecisti, quid in utrumque vestrum esset impensum. Adsuescat imperator cum imperio calculum ponere; sic exeat sic redeat tamquam rationem redditurus; edicat quid absumpserit. 6. Ita fiet ut non absumat quod pudeat edicere. Praeterea futuri principes, velint nolint, sciant: „Tanti (. . . , tanti) tuum constat“, propositisque duobus exemplis meminerint perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint.

21. Nonne his tot tantisque meritis novos aliquos honores, novos titulos merebare? At tu etiam patris patriae recusabas. Quam longa nobis cum modestia tua pugna, quam tarde vicimus! 2. Nomen illud, quod alii primo statim principatus die ut imperatoris et Caesaris receperunt, tu usque eo distulisti, donec tu quoque, beneficiorum tuorum parcissimus aestimator, iam te mereri fatereris.

len; um Sittenreinheit bemühen sich andere zum Schein, bei dir ist sie ein natürlicher Wesenszug und keine anrechenbare Leistung. 3. Um die Gestellung von Fahrzeugen gab es kein lautstarkes Hin und Her; nie war das Quartier nicht fein genug; die Verpflegung war für alle gleich; die Männer deines Gefolges stets bereit, deine Befehle auszuführen. Man hätte meinen können, irgendein ranghoher General, einer wie du zum Beispiel, zöge zu seinem Heere – so vollkommen oder zumindest weitgehend gleich dein Auftreten jetzt als Kaiser deinem früheren.

4. Ganz anders dagegen unlängst die Durchreise eines anderen Princeps\* – wenn das überhaupt eine Durchreise war und nicht eine Plünderung! Denn der besorgte sich Quartier durch Zwangsausweisung, ließ rechts und links alles verbrannt und verwüstet zurück, als sei eine Naturkatastrophe über das Land hereingebrochen – oder eben die Barbarenhorden, vor denen er floh. Man mußte hinterher den Provinzen mühsam klarmachen, daß dies der Marsch eines Domitian gewesen sei, nicht eines Princeps schlechthin.

5. Daher hast du – nicht um deines Ruhmes willen, sondern im Interesse des Gemeinwohls – die Aufwendungen, die für ihn und für dich gemacht wurden, im Anhang eines Ediktes veröffentlicht. Ein Kaiser gewöhne sich künftig daran, vor seinem Reiche seine Finanzen offenzulegen! Er soll sich beim Auszug wie bei der Heimkehr bewußt sein, daß er Rechenschaft ablegen muß, soll seinen Aufwand öffentlich bekanntgeben! 6. So wird man erleben, daß er Ausgaben vermeiden wird, deren Bekanntwerden ihm peinlich wäre. Außerdem sollen künftige Principes, ob sie wollen oder nicht, *sowohl deine Abrechnungen wie die des Domitian kennen*\* und sollen, mit diesen beiden Beispielen vor Augen, daran denken, daß aus ihrer Entscheidung für den einen oder den anderen Weg die Menschen auf ihren Charakter schließen werden.

21. Gewiß, nach so vielen bedeutsamen Leistungen hattest du Anspruch auf irgendwelche neue Ebrungen und neugeschaffene Titel. Du jedoch lehntest wiederholt sogar den herkömmlichen Titel „Vater des Vaterlandes“ ab! Lange mußten wir mit deiner Bescheidenheit kämpfen, spät erst haben wir gesiegt! 2. Andere Principes haben diesen Namen gleich am ersten Tag ihrer Regierung angenommen, genau wie die Namen *Imperator* und *Caesar*; du aber hast so lange damit gewartet, bis auch du, bei aller Zurückhaltung in der Beurteilung deiner eigenen Verdienste, zugeben mußtest, ihn jetzt zu verdienen.\*

3. Itaque soli omnium contigit tibi, ut pater patriae esses ante quam fieres. Eras enim in animis in iudiciis nostris, nec publicae pietatis intererat quid vocarere, nisi quod ingrata sibi videbatur, si te imperatorem potius vocaret et Caesarem, cum patrem experiretur. 4. Quod quidem nomen qua benignitate qua indulgentia exerces! ut cum civibus tuis quasi cum liberis parens vivis! ut reversus imperator qui privatus exieras, agnoscis agnosceris! Eosdem nos eundem te putas, par omnibus et hoc tantum ceteris maior quod melior.

22. Ac primum qui dies ille, quo expectatus desideratusque urbem tuam ingressus es! Iam hoc ipsum, quod ingressus es, quam mirum laetumque! Nam priores invehit et importari solebant, non dico quadriiugo curru et albis equis sed umeris hominum, quod adrogantius erat. 2. Tu sola corporis proceritate elatior aliis et excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia principum egisti.

Ergo non aetas quemquam non valetudo, non sexus retardavit, quominus oculos insolito spectaculo impleret. 3. Te parvuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes, aegri quoque neglecto mendantium imperio ad conspectum tui quasi ad salutem sanitatemque prorepere. Inde alii se satis vixisse te viso te recepto, alii nunc magis esse vivendum praedicabant. Feminas etiam tunc fecunditatis suae maxima voluptas subiit, cum cernerent cui principi cives, cui imperatori milites peperissent. 4. Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum qui non nisi suspensum et instabile vestigium caperet, oppletas undique vias angustumque tramitem relictum tibi, alacrem hinc atque inde populum, ubique par gaudium paremque clamorem. 5. Tam aequalis ab omnibus ex adventu tuo

3. So war unter allen nur dir es gegeben, Vater des Vaterlandes zu sein, noch ehe du so hießest. Denn du warst es schon in unsern Herzen, in unsern Gedanken, und die kindliche Liebe der Bürgerschaft fragte nicht nach deinen Titeln; nur daß sie es als mangelnde Dankbarkeit empfand, wenn sie dich nur Caesar und Imperator nennen würde, obwohl sie dich tatsächlich als Vater erlebte. 4. Mit welchen Beweisen der Güte und Milde wirst du diesem Namen gerecht! Lebst du ja mit deinen Bürgern wie ein Vater mit seinen Kindern! Als Privatmann bist du ausgezogen, als Imperator kehrst du zurück, und doch kennst du noch alle Leute, und alle Leute kennen dich! Du siehst keine Veränderung an uns, keine Veränderung an dir, du bist nicht mehr als alle andern und nur darum größer, weil du besser bist.

22. Doch zunächst, wie herrlich war der Tag, an dem du, sehnlichst erwartet, Einzug hieltest in deiner Stadt! Allein schon die Tatsache, daß du sie zu Fuß betrestest, löste Staunen und Freude aus. Denn deine Vorgänger pflegten sich beim Einzug hereinfahren oder -tragen zu lassen, aber nicht etwa auf einem Staatswagen, von vier Schimmeln gezogen, sondern, weit überheblicher, auf den Schultern von Menschen! 2. Allein durch deinen hohen Wuchs überragtest du alle andern und feiertest einen Triumph nicht über unsere Schafsgeduld, sondern über die Anmaßung früherer Principes.

Niemand ließ sich da um den Genuß dieses ungewohnten Schauspiels bringen, nur weil er zu jung, zu alt, zu krank oder nur eine Frau war. 3. Kleine Kinder mußten dich kennenlernen, die jungen Männer stolz dich ihnen zeigen, die Alten dich bewundern; auch die Kranken, sie schlugen die Vorschriften ihrer Ärzte in den Wind und schleppten sich herbei, als ob dein Anblick Heil und Gesundheit verbürge. Die einen riefen laut, ihr Leben habe sich erfüllt, da sie dich gesehen, dich begrüßt hätten, die andern dagegen, jetzt erst beginne das Leben. Und erst die Frauen! In dieser Stunde empfanden sie das höchste Mutterglück, als ihnen bewußt wurde, welchem Princeps sie seine Untertanen, welchem Feldherrn seine Soldaten geboren hatten. 4. Welch ein Anblick, wie die Dächer kaum die Last der Menschen trugen, wie kein erhöhtes Plätzchen mehr frei war, auch wenn es nur schwankenden Halt bot, wie rings die Straßen gefüllt waren und dir nur eine schmale Gasse blieb, fröhliches Volk auf beiden Seiten, überall gleiche Freude, gleicher Jubel! 5. Dein Kommen galt allen, und darum war die Freude über deine Ankunft gleich groß bei allen; doch während deines Einzugs stieg

laetitia percepta est, quam omnibus venisti; quae tamen ipsa cum ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gradus aucta est.

23. Gratum erat cunctis, quod senatum osculo exciperes, ut dimissus osculo fueras; gratum, quod equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares; gratum, quod tantum (non) ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderes; 2. gratius tamen, quod sensim et placide et quantum respectantium turba pateretur incederes, quod occursantium populus te quoque, te immo maxime artaret, quod primo statim die latus tuum crederes omnibus. 3. Neque enim stipatus satellitum manu sed circumfusus undique nunc senatus, nunc equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiae genus invaluisset, silentes quietosque lictores tuos subsequere; nam milites nihil a plebe habitu tranquillitate modestia differebant.

4. Ubi vero coepisti Capitolium ascendere, quam laeta omnibus adoptionis tuae recordatio, quam peculiare gaudium eorum, qui te primi eodem loco salutaverant imperatorem! Quin etiam deum ipsum tuum (patrem) praecipuam voluptatem operis sui percepisse crediderim. 5. Ut quidem isdem vestigiis institisti, quibus parens tuus ingens illud deorum prolaturus arcanum, quae circumstantium gaudia, quam recens clamor, quam similis illi dies, qui hunc diem genuit! Ut plena altaribus angusta victimis cuncta, ut in unius salutem collata omnium vota, cum sibi se ac liberis suis intellexerent precari, quae pro te precarentur!

6. Inde tu in palatium quidem, sed eo vultu ea moderatione, ut si privatam domum peteres; ceteri ad penates suos quisque, iteraturus gaudii fidem ubi nulla necessitas gaudendi est.

diese Freude noch höher und nahm sozusagen bei jedem deiner Schritte zu.

23. Allen gefiel es, daß du die Senatoren mit einem Kuß begrüßtest, so wie sie dich mit einem Kuß verabschiedet hatten; man nahm es beifällig auf, daß du die führenden Männer des Ritterstandes ehrenvoll mit Namen anredetest, frei aus dem Gedächtnis; ebenso, daß du beinahe zuerst deine Klienten grüßtest und dann noch die herzliche Beziehung zu ihnen eigens erkennen ließest. 2. Doch noch größeren Eindruck machte, daß du langsam und freundlich weitergingst, ganz wie die wogende Menge der Schaulustigen es gestattete, daß das herbeiströmende Volk auch dich, ja dich besonders eng umdrängte, daß du gleich am ersten Tag in Rom jedermann vertrauensvoll an deine Seite ließest. 3. Denn keine Schar von Leibwächtern schirmte dich ab, sondern es umringten dich die erlauchtesten Männer, bald Senatoren, bald Ritter, je nachdem, aus welchem Stand gerade die größere Zahl sich zusammengetan hatte. So folgtest du deinen Liktores, die schweigsam und ohne Druck den Weg bahnten. Denn die Soldaten waren, was ihre äußere Erscheinung und was die ruhige, disziplinierte Haltung betraf, vom Volke nicht zu unterscheiden.

4. Doch als du begannest, zum Kapitöl emporzusteigen, wie bewegte da alle die frohe Erinnerung an deine Adoption,\* wie groß war insbesondere der Jubel derer, die dich damals an derselben Stätte mit dem Titel *Imperator* begrüßt hatten!\*\*\* Ja, ich möchte glauben, der Gott selbst, dein Vater, habe eine außergewöhnliche Freude empfunden über sein Werk. 5. Als du aber in den Fußstapfen deines Vaters denselben Weg zogst wie er, damals als er jenen hehren geheimen Ratschluß der Götter zu verkünden gedachte, wie brauste der Jubel von neuem auf, wie gleich dieser Tag jenem, der diesen erst möglich gemacht hatte! Überall waren Altäre errichtet, Opfer dicht an Opfer, und alle Gebete galten der Wohlfahrt eines einzigen; denn alle wußten, daß ihnen und ihren Kindern zugute kommen werde, was sie für dich erbat.

6. Darauf begabst du dich zum kaiserlichen Palast, doch deine Miene wirkte so ungezwungen, als ob du nur ein Privathaus aufsuchtest. Die andern entfernten sich nach Hause, weil jeder seiner ehrlichen Freude noch einmal dort Ausdruck verleihen wollte, wo niemand zur Freude gezwungen ist.

ambitionis et infinitae potestatis domitor ac frenator animus ipsa vetustate florescit, nec ab ullis magis laudatur quam quibus minime necesse est. Praeterea ut quisque factus est princeps, extemplo fama eius, incertum bona an mala, ceterum aeterna est. 10. Non ergo perpetua principi fama, quae invitum manet, sed bona concupiscenda est; ea porro non imaginibus et staturis, sed virtute ac meritis prorogatur. 11. Quin etiam leviora haec, formam principis figuramque, non aurum melius vel argentum quam favor hominum exprimat teneatque. Quod quidem prolixè tibi cumulateque contingit, cuius laetissima facies et amabilis vultus in omnium civium ore oculis animo sedet.

56. Adnotasse vos credo, patres conscripti, iam dudum me non eligere quae referam. Propositum est enim mihi principem laudare, non principis facta. Nam laudabilia multa etiam mali faciunt, ipse laudari nisi optimus non potest. Quare non alia maior, imperator auguste, gloria tua quam quod agentibus tibi gratias nihil velandum est, nihil omittendum [est]. 2. Quid est enim in principatu tuo, quod cuiusquam praedicatio vel transilire vel praetervehi debeat? Quod momentum, quod immo temporis punctum, aut beneficio sterile aut vacuum laude? Non omnia eius modi, ut is optime te laudasse videatur, qui narraverit fidelissime? Quo fit ut prope in immensum diffundatur oratio mea, et necdum de biennio loquor.

3. Quam multa dixi de moderatione, et quanto plura adhuc restant! ut illud, quod secundum consulatum recepisti, quia princeps et pater deferebat; at postquam ad te imperii summam, et cum omnium rerum tum etiam tui potestatem, di transtulerunt, tertium consulatum recusasti, cum agere tam bonum consulem posses. 4. Magnum est differre honorem, gloriam maius. Gestum consula-

selbst die Schranken setzt, gewinnt mit den Jahren noch an Ruhm, wird gerade von denen am meisten gepriesen, die dazu am wenigsten gezwungen sind. Überdies gilt: sobald einer zum Princeps geworden ist, bleibt zwar noch ungewiß, ob sein Ruf gut oder schlecht sein wird, aber daß er für immer dauern wird, steht von Anfang an fest. 10. Also braucht ein Princeps nicht nach einem immerwährenden Ruf zu trachten – der harrt seiner, ob er will oder nicht –, er muß sich vielmehr um einen guten Ruf bemühen! Und einem solchen wird Dauer verliehen nicht durch Bildnisse und Statuen, sondern durch edles und verdienstvolles Handeln. 11. Ja, auch so minder Bedeutsames wie das Aussehen und die Gestalt des Princeps sind wohl kaum durch Gold oder Silber besser auszudrücken und festzuhalten als durch die Zuneigung der Menschen. Dieses Glück ist dir in überreichem Maß zuteil geworden: auf deine stattliche Erscheinung, dein gewinnendes Antlitz richten sich immerfort die Worte, Blicke und Gedanken aller Bürger.

56. Vermutlich habt ihr längst schon bemerkt, Senatoren, daß ich nicht gezielt herausgreife, worüber ich sprechen will. Es ist meine Absicht, den Princeps selbst zu loben, nicht seine einzelnen Taten. Denn auch Schlechte vollbringen ja viel Löbliches, aber nur der Beste hat Anspruch auf den Lobpreis seiner Person. Darum, erhabener Kaiser, erwächst dir der größte Ruhm aus der Tatsache, daß, wer dir feierlich Dank sagen will, nichts zu verschleiern, nichts auszulassen braucht. 2. Oder gibt es irgendeinen Punkt in deinem Principat, den man in einer Lobrede überspringen oder übergehen müßte? Welche Zeitspanne, ja welcher Augenblick blieb ohne edle Tat oder ohne Anlaß zum Lob? Gilt nicht für dein gesamtes Wirken, daß offenbar die beste Art, dein Lob zu verkünden, die wahrheitsgetreue Darstellung aller Einzelheiten ist? Das führt dazu, daß meine Rede sich beinahe ins Grenzenlose verliert – und dabei behandle ich noch nicht einmal zwei volle Jahre!\*

3. Wie viel habe ich schon gesagt über deine maßvolle Haltung, und wieviel mehr bleibt immer noch zu sagen! Etwa dies: Du hast dein zweites Konsulat übernommen, weil der Princeps, dein Vater, es dir übertrug; als jedoch die Götter dir selbst die höchste Gewalt verliehen hatten, und das heißt die Verfügung über alle Dinge und auch über dich selbst, da hast du ein drittes Konsulat ausgeschlagen,\* wiewohl du einen so guten Konsul hättest abgeben können. 4. Wer die Annahme eines Amtes hinausschiebt, handelt groß, größer noch, wer auf raschen Ruhm verzichtet. Ich weiß nicht, soll

tum mirer an non receptum? – gestum non in hoc urbis otio et intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes, ut illi solebant, quibus erat moris paludamento mutare praetextam ignotasque terras victoria sequi. 5. Pulchrum imperio gloriosum tibi, cum te socii atque amici sua in patria, suis in sedibus adierunt.

6. Decora facies multa post saecula consulis tribunal viridi caespite exstructum, nec fascium tantum sed pilorum signorumque honore circumdatum. Augebant maiestatem praesidentis diversi postulantium habitus ac dissonae voces, raraque sine interprete oratio. 7. Magnificum est civibus iura, quid hostibus reddere! speciosum certam fori pacem, quid immanes campos sella curuli victorisque vestigio premere, imminere minacibus ripis tutum quietumque, spernere barbaros fremitus hostilemque terrorem non armorum magis quam togarum ostentatione compescere! 8. Itaque non te apud imagines sed ipsum praesentem audientem consulabant imperatorem, nonienque quod alii domitis hostibus, tu contemptis merebare.

57. Haec laus acti consulatus, illa dilati, quod adhuc initio principatus ut iam exsatiatus honoribus et expletus consulatum recusasti, quem novi imperatores destinatum aliis in se transferebant. 2. Fuit etiam qui in principatus sui fine, consulatum quem dederat ipse, magna ex parte iam gestum extorqueret et raperet. Hoc ergo

ich mehr das Konsulat bewundern, das du ausgeübt hast, oder dieses von dir ausgeschlagene? Ausgeübt hast du es ja nicht hier in der Ruhe der Stadt und im Schoß des Friedens, sondern dicht an der Grenze zu barbarischen Völkern, nach dem Brauch jener Männer, die gewohnt waren, die Amtstoga einzutauschen gegen den Feldherrnmantel und siegreich in unbekannte Länder vorzustoßen. 5. Dem Reiche zur Ehre und dir zum Ruhm geschah es, daß unsere Freunde und Verbündeten in ihrer eigenen Heimat, an ihren eigenen Wohnsitzen bei dir vorsprachen.

6. Welch herrliches Schauspiel: nach vielen Jahrhunderten wieder einmal das Tribunal eines Konsuls zu sehen, aufgeschichtet aus Stücken grünen Rasens, und zur Ehrenbezeugung ringsherum neben den Rutenbündeln auch Wurfspieße und Feldzeichen! Der hohe Rang des Vorsitzenden wurde noch unterstrichen durch die mannigfaltigen Trachten der Bittsteller, ihre fremdklingenden Stimmen, ihre fast immer des Dolmetschers bedürftigen Reden. 7. Eine erhebende Handlung, wenn einer den eigenen Mitbürgern Recht spricht, doch wieviel mehr erst, wenn er die Rechtsprechung unter den Feinden übt! Ein eindrucksvoller Anblick, wenn ein Amtsträger über das Forum und seinen gefahrlosen Frieden gebietet, doch wieviel mehr erst, wenn er nach siegreichem Zug über endlose Gefilde dort seinen Amtsstuhl aufschlägt, in sicherer Gelassenheit die Drohungen feindlicher Ufer in Schach hält, das Grollen der Barbaren furchtlos verachtet und der Angst vor dem Feind mehr durch eine Zurschaustellung der Toga als durch eine der Waffen begegnet! 8. Daher begrüßten sie dich mit dem Namen *Imperator* nicht etwa vor deinen Bildern, sondern in deiner persönlichen Gegenwart, vor deinen eigenen Ohren, und den Titel, den andere durch Niederwerfung der Feinde erwarben, den verdienstest du dir durch ihre furchtlose Geringschätzung.

57. Dies zum Lobe des ausgeübten Konsulats; zum Lobe des andern, aufgeschobenen Konsulats aber sei gesagt: dein Principat hatte kaum erst begonnen, und du, als genügten dir die Ehrungen schon vollauf, schlugest dasselbe Konsulat aus, das doch sonst die neuen Kaiser, obgleich schon andere für dieses Amt bestimmt waren, für sich selbst beanspruchten. 2. Ja, es gab sogar einen, der am Ende seines Principats das Konsulat, das er selbst verliehen und das ein anderer schon zu einem großen Teil abgeleistet hatte, diesem rücksichtslos wegnahm.\* Dieses Amt also, das Principes sowohl am Anfang wie am Ende ihrer Regierungszeit so unbedingt haben wol-

honore, quem et incipientes principes et desinentes adeo concupiscunt ut auferant, tu otioso ac vacante privatis cessisti. 3. Invidiosusne erat aut tibi tertius consulatus aut principi primus? Nam secundum imperator quidem, sub imperatore tamen inisti, nihilque imputare in eo vel honori potes vel exemplo nisi obsequium. 4. Ita vero, quae civitas quinquies atque etiam sexies consules vidit, non illos qui exspirante iam libertate per vim ac tumultum creabantur, sed quibus sepositis et absentibus in rura sua consulatus ferebantur, in hac civitate tertium consulatum princeps generis humani ut praegravem recusasti? 5. Tantone Papiriis etiam et Quintiis moderatior Augustus et Caesar et pater patriae? At illos res publica ciebat. Quid? te non eadem res publica, non senatus, non consulatus ipse, qui sibi tuis umeris attolli et augescere videtur?

58. Non te ad exemplar eius voco, qui continuis consulatibus fecerat longum quandam et sine discrimine annum: his te confero quos certum est, quotiens consules fuerunt, non sibi praestitisse. Erat in senatu ter consul, cum tu tertium consulatum recusabas. 2. Onerosum nescio quid verecundiae tuae consensus noster indixerat, ut princeps totiens consul esses quotiens senator tuus: nimia modestia istud etiam privatus recusasses. 3. An consularis viri triumphalisque filius cum tertio consul creatur ascendit? Non debitum hoc illi, non vel sola generis claritate promeritum? Contigit ergo privatis aperire annum fastosque reserare, et hoc quoque reddita libertatis indicium fuit quod consul alius quam Caesar esset. Sic exactis regibus coepit liber annus, sic olim servitus pulsa privata fastis nomina induxit.

4. Miseros ambitionis, qui ita consules semper, ut semper prin-

len, daß sie es anderen wegnehmen – in deinem Fall war es ledig und frei, und doch hast du es einfachen Bürgern überlassen. 3. Daß du da zum drittenmal Konsul geworden wärest oder als Princeps zum erstmal, hätte deiner Beliebtheit gewiß nicht geschadet. Denn das zweite Konsulat hast du zwar als Imperator, aber doch unter einem anderen Imperator angetreten, und das einzige, was du dabei als ehrenvoll oder musterhaft ansehen kannst, ist dein Gehorsam. 4. Da hat unser Staat fünffache und sechsfache Konsuln erlebt – ich meine nicht die, die in der Endphase der Freiheit in gewaltsamen Unruhen gewählt wurden, sondern die, denen in ferner Abgeschiedenheit von Rom die Konsulwürde auf ihren Landgütern überbracht wurde\* – und du, der Erste unter den Menschen, hast in diesem Staat ein drittes Konsulat als zu belastend abgelehnt? 5. Hat ein Augustus, ein Caesar, ein Vater des Vaterlandes so viel mehr Gefühl für das rechte Maß als ein Papirius, ein Quinctius? „Jene allerdings berief der Staat.“ Wie? Hat dich nicht ebenso der Staat berufen, der Senat und sogar das Konsulat selbst, das, auf deine Schultern gehoben, neuen Glanz zu gewinnen glaubt?

58. Ich fordere dich gewiß nicht auf, dem Beispiel dessen zu folgen, der durch seine ununterbrochenen Konsulate sozusagen ein endlos langes, ungegliedertes Jahr geschaffen hatte!\* Nein, ich vergleiche dich mit den Männern, die, sooft sie auch Konsuln waren, es gewiß nie aus eigennütigen Motiven gewesen sind. – Es befand sich im Senat ein dreifacher Konsul, als du dein drittes Konsulat ablehnst.\*\* 2. Wir hatten dir da einstimmig etwas zugemutet, was wohl für dein Taktgefühl zu weit ging: du solltest als der Princeps ebensooft Konsul sein wie einer deiner Senatoren. Doch selbst als gewöhnlicher Bürger hättest du mit deiner Ablehnung zu große Bescheidenheit bewiesen! 3. Wenn der Vater ein Konsular war, dem ein Triumph zuerkannt wurde, ist es da für den Sohn etwa ein Aufstieg, wenn er ein drittes Mal zum Konsul gewählt wird? Hat er nicht Anspruch darauf, nicht es verdient allein schon durch den Glanz seiner Abstammung? – Nun hatten also einfache Bürger die Ehre, das Jahr zu beginnen und die Fasten zu eröffnen,\* und so war auch dies ein Zeichen der wiedergeschenten Freiheit, daß ein anderer, nicht der Caesar, Konsul war. Geradeso begann nach der Vertreibung der Könige das Jahr der Freiheit, geradeso sind einst nach dem Ende der Knechtschaft die Namen einfacher Bürger in den Fasten erschienen.

4. Wie jämmerlich war der Ehrgeiz derer, die, weil sie ständig



cipes erant! Quamquam non tam ambitio quam livor et malignitas videri potest, omnes annos possidere, summumque illud purpurae decus non nisi praecerptum praefloratumque transmittere. 5. Tuam vero magnanimitatem an modestiam an benignitatem prius mirer? Magnanimitatis fuit expetito semper honore abstinere, modestiae cedere, benignitatis per alios frui.

59. Sed iam tempus est te ipsi consulatui praestare, ut maiorem cum suscipiendo gerendoque facias. Nam saepius recusare ambigam ac potius illam interpretationem habet, tamquam minorem putes. Tu quidem ut maximum recusasti; sed hoc persuadere nemini poteris, nisi aliquando et non recusaveris. 2. Cum arcus cum tropaea cum statuas deprecaris, tribuenda est verecundiae tuae venia; illa enim sane tibi dicantur. Nunc vero postulamus, ut futuros principes doceas inertiae renuntiare paulisper, delicias differre paulisper, et saltem ad brevissimum tempus ex illo felicitatis somno velut excitari; induere praetextam quam cum dare possent occuparint, ascendere curulem quam detineant, esse denique quod concupierint, nec ideo tantum velle consules fieri ut fuerint.

3. Gessisti alterum consulatum, scio; illum exercitibus, illum provinciis, illum etiam exteris gentibus poteris imputare, non potes nobis. Audimus quidem te omne munus consulis obisse, sed audimus; diceris iustissimus humanissimus patientissimus fuisse, sed diceris. Aequum est aliquando nos iudicio nostro oculis nostris, non famae semper et rumoribus credere. 4. Quousque absentes de absente gaudebimus? Liceat experiri an aliquid superbiae tibi ille ipse

Princeps waren, auch ständig Konsul sein wollten! Indessen, nicht Ehrgeiz, scheele Mißgunst muß es heißen, wenn man sämtliche Jahre selbst mit Beschlag belegt und jenen Purpur des höchsten Amtes erst dann weiterreicht, wenn er schon verbleicht und verschlissen ist.\* 5. Doch in deinem Falle, soll ich da zuerst deine edle Gesinnung, deine Bescheidenheit oder deine Güte bewundern? Deine edle Gesinnung bewirkte, daß du auf eine stets erstrebenswerte Ehre verzichtetest, deine Bescheidenheit, daß du zurückstehen konntest, deine Güte, daß du Freude hattest an der Ausübung des Amtes durch andere.

59. Doch jetzt ist die Zeit gekommen, dich gerade für das Konsulat zur Verfügung zu stellen, um seine Bedeutung dadurch zu erhöhen, daß du selbst es übernimmst und ausübst. Denn eine wiederholte Ablehnung könnte mißdeutet werden, vor allem in dem Sinn, daß es dich zu gering dünkt. Dabei hast du es zurückgewiesen wegen deiner hohen Meinung von ihm – aber davon wirst du die Leute nur dann überzeugen können, wenn du es auch einmal nicht ablehnst. 2. Wenn du abzusehen bittest von Triumphbögen, von Siegesdenkmälern und Statuen, so muß man Verständnis haben für deine Zurückhaltung; denn diese Ehrungen werden zweifellos dir ganz persönlich gewidmet. Jetzt aber verlangen wir von dir, den künftigen Principes eine Lehre zu erteilen: daß sie eine Zeitlang auf ihre Untätigkeit verzichten, eine Zeitlang ihre Vergnügungen hinauschieben und wenigstens für eine kleine Weile aus ihrem glückseligen Schlaf erwachen; daß sie die Amtstoga wirklich anlegen, die sie mit Beschlag belegt haben, statt sie andern zu verleihen, daß sie den Amtsstuhl einnehmen, den sie sich vorbehalten haben, daß sie wirklich das sind, wonach sie solches Verlangen trugen, und daß sie Konsul werden wollen nicht nur, um auch das eben gewesen zu sein.

3. Gewiß, du hast schon ein zweites Konsulat bekleidet, doch das kannst du bei deinen Heeren in Anrechnung bringen, bei den Provinzen, sogar bei fremden Völkern, aber nicht bei uns. Wir hören zwar davon, daß du jede Aufgabe eines Konsuls erfüllt hast, allein wir hören es nur; es heißt, du seist höchst gerecht, menschlich und langmütig gewesen, aber so heißt es eben nur. Es ist recht und billig, daß wir endlich einmal unserem eigenen Urteil, unseren eigenen Augen glauben, nicht immer nur dem Gerücht und dem Gerede. 4. Wie lange noch werden wir uns aus weitem Abstand an dir freuen müssen? Laß uns nun erfahren, ob dir dieses zweite Konsulat

secundus consulatus attulerit. Multum in commutandis moribus hominum medius annus valet, in principum plus.

5. Didicimus quidem, cui virtus aliqua contingat, omnes inesse; cupimus tamen experiri, an nunc quoque una eademque res sit bonus consul et bonus princeps. 6. Nam praeter id quod est arduum, duas easque summas potestates simul capere, tum inest utrique non nulla diversitas, cum principem quam simillimum esse privato, consulem quam dissimillimum deceat.

60. Atque ego video proximo anno consulatus recusandi hanc praecipuam fuisse rationem, quod eum absens gerere non poterat. Sed iam urbi votisque publicis redditus, quid est in quo magis sis adprobaturus, quae quantaque fuerint quae desiderabamus? Parum est ut in curiam venias, nisi et convocas; ut intersis senatui, nisi et praesides; ut censentes audias, nisi et perrogas. 2. Vis illud augustissimum consulum aliquando tribunal maiestati suae reddere? ascende. Vis constare reverentiam magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam postulantis? adire. 3. Quod enim interesset rei publicae, si privatus esses, consulem te haberet tantum an et senatorem, hoc nunc scito interesse, principem te habeat tantum an et consulem.

4. His tot tantisque rationibus quamquam multum reluctata, verecundia principis nostri tandem tamen cessit. At quemadmodum cessit? Non se ut privatis, sed ut privatos sibi pares faceret. Recepit enim tertium consulatum, ut daret. 5. Noverat pudorem noverat moderationem hominum, qui non sustinerent tertio consules esse nisi cum ter consule. Bellorum istud sociis olim, periculorum consortibus, parce tamen tribuebatur, quod tu singularibus viris ac de te

irgendwelchen Hochmut eingeflößt hat! Ein Jahr kann den Charakter eines Menschen erheblich verändern, und den der Principes noch mehr.

5. Wir haben zwar gelernt, daß der Besitz irgendeiner Tugend den Besitz aller Tugenden bedeutet;\* dennoch möchten wir in Erfahrung bringen, ob auch heute noch ein guter Consul und ein guter Princeps ein und dasselbe sind. 6. Denn abgesehen von der Schwierigkeit, zwei Ämter, und zwar die höchsten, gleichzeitig innezuhaben, gibt es einen erheblichen Unterschied zwischen beiden: der Princeps sollte einem Privatmann möglichst ähnlich sein, der Consul möglichst unähnlich.

60. Natürlich bin ich mir im klaren, daß die Zurückweisung des Konsulats im Jahr zuvor hauptsächlich deshalb geschah, weil du es fern von Rom nicht ausüben konntest. Jetzt aber bist du der Stadt und den Wünschen des Volkes zurückgegeben – und wie könntest du nun besser Art und Größe dessen vor Augen führen, was wir sehnsuchtsvoll vermißten? Es ist zu wenig, wenn du in die Kurie kommst, ohne die Versammlung einberufen zu haben, wenn du an der Senatssitzung teilnimmst, ohne sie auch zu leiten, wenn du die Ansprachen anhörst, ohne auch das Wort zu erteilen. 2. Willst du wirklich dem einst so angesehenen Tribunal der Konsuln seine frühere Würde wiedergeben? So steige hinauf! Willst du, daß die Amtsträger Respekt genießen, die Gesetze unbedingte Geltung haben, die Bittsteller Bescheidenheit zeigen? Dann sei der, an den man sich wendet! 3. Denn wie es für den Staat, falls du ein einfacher Bürger wärest, nicht gleichgültig wäre, ob er dich nur zum Consul oder auch zum Senator hätte, so macht es jetzt – sei dessen sicher – einen Unterschied, ob er dich nur zum Princeps hat oder auch zum Consul.

4. So vielen gewichtigen Gründen hat unser Princeps bei all seiner Zurückhaltung nach langem Widerstand endlich doch nachgegeben. Doch wie nachgegeben? Nicht so, daß er sich einfachen Bürgern gleichstellte, vielmehr durch Gleichstellung der Bürger mit dem Princeps. Denn er übernahm ein drittes Konsulat, um andern ein drittes Konsulat zu ermöglichen.\* 5. Kannte er doch die Scheu und die Bescheidenheit der Männer, die sich nicht bereirfinden konnten, zum drittenmal Consul zu werden, es sei denn als Kollegen eines dreifachen Konsuls. Diese Ehrung, die einst nur Waffengefährten, Kameraden in gemeinsamen Gefahren – und auch denen nur sparsam – zuteil wurde, du hast sie zwei ausgezeichneten

quidem bene ac fortiter sed in toga meritis praestitisti. 6. Utriusque cura utriusque vigilantia obstrictus es, Caesar. Sed in principum rarum ac prope insolitum est, ut se putet obligatum, aut si putet amet. Debes ergo, Caesar, et solvis, et cum ter consules facis non tibi magnus princeps sed non ingratus amicus videris; quin etiam perquam modica quaedam civium merita fortunae tuae viribus in maius extollis. 7. Efficis enim ut tantum tibi quisque praestitisse videatur, quantum a te recepit. Quid isti benignitati precer, nisi ut semper obliges obligeris, incertumque facias, utrum magis expediat civibus tuis debere tibi an praestitisse?

61. Equidem illum antiquum senatum contueri videbar, cum ter consule adsidente tertio consulem designatum rogari sententiam cernerem. Quanti tunc illi quantusque tu! 2. Accidit quidem ut corpora quamlibet ardua et excelsa procerioribus admota decrescant, item ut altissimae civium dignitates collatione fastigii tui quasi deprimantur, quantoque propius ad magnitudinem tuam ascenderint, tantum etiam a sua descendisse videantur. 3. Illos tamen tu, quamquam non potuisti tibi aequare cum velles, adeo in edito collocasti, ut tantum super ceteros quantum infra te cernerentur.

4. Si unius tertium consulatum eundem in annum in quem tuum contulisses, ingentis animi specimen haberetur. Ut enim felicitatis est quantum velis posse, sic magnitudinis velle quantum possis. 5. Laudandus quidem et ille qui consulatum tertium meruit, sed magis sub quo meruit: magnus memorandusque qui tantum praemium cepit, sed maior qui capienti dedit. 6. Quid quod duos pari-

Männern verliehen, die dir zwar gut und tapfer gedient hatten, doch nur im Zivilleben. 6. Beide Männer haben dich durch ihre wachsame Sorge verpflichtet, Caesar. Doch bei einem Princeps ist es selten und fast unüblich, daß er sich verpflichtet fühlt, und wenn, daß ihm das recht ist. Du also fühlst eine Schuld, Caesar, und du lösest sie ein; und wenn du ein drittes Konsulat verleihst, hältst du dich nicht für einen großen Princeps, sondern für einen nicht eben undankbaren Freund; ja, sogar solche Verdienste der Bürger, die eigentlich recht bescheiden sind, wertest du auf kraft deiner hohen Stellung. 7. Denn du erreichst es, daß jeder den Wert seiner Leistung für dich dem gleichsetzt, was er von dir bekommen hat. Vor solcher Güte bleibt mir nur ein Wunsch: daß du stets in wechselseitige Verpflichtungen eintretest und offenlässest, ob es für den Bürger besser ist, dir etwas schuldig zu sein oder dir eine Vorleistung erbracht zu haben.

61. Ich glaubte tatsächlich den Senat der alten Zeit zu erleben, als ich sah, wie da zu deiner Seite ein Konsul saß, der dieses Amt zum drittenmal innehatte, und der Mann, der zur Stellungnahme aufgefordert war, ebenfalls für sein drittes Konsulat designiert war. Welche Größe auf ihrer Seite, welche auf deiner! 2. Es mögen die Menschen körperlich noch so groß und hochgewachsen erscheinen, so mindert sich dieser Eindruck, wenn andere neben ihnen noch größer sind. Ebenso werden die höchsten Ränge der Bürger durch einen Vergleich mit deiner Gipfelstellung gleichsam herabgemindert, und je höher sie aufsteigen und deiner Größe sich nähern, desto mehr scheint ihre eigene Größe zu schwinden. 3. Nun konntest du freilich nicht deinem Wunsche folgen und diese Männer zu deinem eigenen Rang erhöhen; aber du hast ihnen doch eine so herausragende Stellung verliehen, daß der Abstand nach unten, zu den andern, als ebenso groß empfunden wurde wie der nach oben, zu dir.

4. Wenn es nur ein einziger wäre, dessen drittes Konsulat du auf dasselbe Jahr legtest wie dein eigenes drittes Konsulat, so gälte das als Beweis außerordentlicher Hochherzigkeit. Denn wie das äußere Glück in der Möglichkeit besteht, alles zu tun, was man will, so die innere Größe in der Entschlossenheit, alles zu tun, was man kann. 5. Lob gebührt freilich auch dem, der zum drittenmal das Konsulat verdient hat, doch mehr noch dem, unter dessen Herrschaft er es verdient hat; groß ist und rühmenswert, wer solchen Lohn empfangen hat, größer noch der, von dem er ihn bekam. 6. Und nun hast

ter tertio consulatu, duos collegii tui sanctitate decorasti? ut sit nemini dubium hanc tibi praecipuam causam fuisse extendendi consulatus tui, ut duorum consulatus amplecteretur collegamque te non uni daret.

7. Uterque nuper consulatum alterum gesserat a patre tuo (id est quanto minus quam a te!) datum; utriusque adhuc oculis paulo ante dimissi fasces oberrabant, utriusque sollempnis ille lictorum et praenuntius clamor auribus insederat, cum rursus curulis rursusque purpura; ut olim cum hostis in proximo, et in summum discrimen adducta res publica, expertum honoribus virum posceret, non consulatus hominibus isdem sed idem homines consulatibus reddebantur. 8. Tanta tibi bene faciendi vis, ut indulgentia tua necessitates aemuletur. Modo praetextas exuerant: resumant; modo lictores abire iusserant: revocent; modo gratulantes amici recesserant: revertantur. 9. Hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renovare gaudia redintegrare laetitiam, nullamque requiem gratulationibus dare neque alia repetendis consulatibus intervalla permittere, nisi dum finiuntur?

10. Facias ista semper, nec umquam in hoc opere aut animus tuus aut fortuna lassetur; des quam plurimis tertios consulatus, et cum plurimis tertios consulatus dederis, semper tamen plures quibus debeas dare supersint.

62. Omnium quidem beneficiorum quae merentibus tribuuntur non ad ipsos gaudium maius quam ad similes redundat; praecipue tamen ex horum consulatu non ad partem aliquam senatus sed ad totum senatum tanta laetitia pervenit, ut eundem honorem omnes sibi

du sogar zwei Männer gleichzeitig ausgezeichnet mit einem dritten Konsulat, hast ihnen das heilige Recht verliehen, deine Kollegen zu sein! So kann niemand daran zweifeln, daß die längere Dauer deines eigenen Konsulats dir vor allem ermöglichen sollte, das Amt neben zwei anderen Konsuln auszuüben, nicht nur der Kollege eines einzigen zu sein.

7. Beide hatten erst unlängst ihr zweites Konsulat bekleidet,\* das sie von deinem Vater – und das heißt doch nahezu: von dir – erhalten hatten; beide sahen noch im Geiste die Rutenbündel vor sich, die sie erst vor kurzem niedergelegt hatten, beiden klang noch im Ohr der feierliche Ruf ihrer Liktoren, die ihr Nahen verkündeten – da erhielten sie erneut den kurulischen Stuhl, erneut den Purpur. Einst, wenn der Feind herangerückt war und der Staat in seiner höchsten Gefahr nach einem kraftvollen Manne verlangte, der sich bereits in Ämtern und Kommandos bewährt hatte, geschah dasselbe: es wurde nicht die Konsulwürde immer denselben Männern übertragen, sondern immer dieselben Männer wurden für das Konsulat genommen. 8. Was einst die Notwendigkeit erzwang, ist heute ein Geschenk deiner Huld – so groß ist deine Macht, Gutes zu tun. Soeben haben die Konsuln die Amtstracht abgetan – schon heißt es, sie wieder anlegen; soeben haben sie ihre Liktoren entlassen – schon müssen sie die Männer zurückrufen; soeben ist die Schar der gratulierenden Freunde gegangen – schon müssen sie zurückkehren. 9. Soll etwa ein Mensch, ein einfacher Mensch, so etwas ausdenken und ins Werk setzen können: daß die Freude wiederkehrt, der Jubel sich erneut, Glückwünsche ohne Unterlaß eintreffen, und daß keine Unterbrechung vergönnt wird vor dem Antritt des neuen Konsulats, abgesehen von dem Zeitraum, in dem das alte abgeschlossen wird?

10. Mögest du immer so handeln, und möge es dir zu diesem Werk niemals an Energie oder an Glück fehlen, mögest du so vielen Männern wie möglich ein drittes Konsulat verleihen, und mögen, wenn du das tust, trotzdem stets mehr Männer noch übrig sein, denen du es ebenfalls verleihen solltest!

62. Bei allen Anerkennungen, die verdienten Leuten zuteil werden, freuen sich ihre Standesgenossen fast noch mehr als sie selbst; dennoch hat in besonderer Weise die Erhebung dieser beiden Männer zu Konsuln nicht nur eine bestimmte Gruppe im Senat, sondern den ganzen Senat so hoch erfreut, daß alle glauben, sie hätten persönlich dieselbe Ehre sowohl verliehen als auch empfangen.

et dedisse et accepisse videantur. 2. Nempe enim hi sunt quos senatus, cum publicis sumptibus minuendis optimum quemque praeficeret, elegit, et quidem primos. Hoc est igitur hoc est, quod penitus illos animo Caesaris insinuavit. 3. An parum saepe experti sumus hanc esse rerum condicionem, ut senatus favor apud principem aut prosit aut noceat? Nonne paulo ante nihil magis exitiale erat quam illa principis cogitatio: „hunc senatus probat, hic senatui carus est“? Oderat quos nos amaremus, sed et nos quos ille.

4. Nunc inter principem senatumque dignissimi cuiusque caritate certatur. Demonstramus invicem, credimus invicem, quodque maximum amoris mutui signum est, eosdem amamus. 5. Proinde, patres conscripti, favete aperte, diligite constanter. Non iam dissimulandus est amor ne noceat, non premendum odium ne prosit: eadem Caesar quae senatus probat improbatque. Vos ille praesentes, vos etiam absentes in consilio habet. Tertio consules fecit quos vos elegeratis, et fecit hoc ordine quo electi a vobis erant. 6. Magnus uterque honor vester, sive eosdem maxime diligit quos scit vobis esse carissimos, sive illis neminem praefert, quamvis aliquem magis amet.

7. Proposita sunt senioribus praemia, iuvenibus exempla. Adiant frequentent securas tandem ac patentes domos. Quisquis probatos senatui viros suspicit, hic maxime principem promeretur. 8. Sibi enim adrescere putat quod cuique adstruatur, nullamque in eo gloriam ponit, quod sit omnibus maior, nisi maximi fuerint quibus maior est. 9. Persta, Caesar, in ista ratione propositi, talesque nos crede, qualis fama cuiusque est. Huic aures huic oculos intende: ne respexeris clandestinas existimationes nullisque magis quam au-

2. Verständlich, denn gerade auf diese beiden Männer war die Wahl des Senats gefallen, damals als er die Besten an die Spitze einer Kommission zur Senkung der öffentlichen Ausgaben berief, und zwar seine erste Wahl.<sup>2</sup> Das also ist der Grund, der sie dem Caesar innerlich so nahebrachte. 3. Oder haben wir nicht oft genug als feststehende Regel erfahren, daß Beliebtheit beim Senat entweder zum Nutzen oder zum Schaden beim Princeps ausschlägt? Gab es doch noch vor kurzem keine tödlichere Gefahr als diese Überlegung des Princeps: „da ist einer, der hat den Beifall und die Wertschätzung des Senats!“ Er haßte ja die, die wir liebten – aber auch wir haßten die Leute, die er liebte.

4. Jetzt aber ist zwischen Princeps und Senat ein edler Wettstreit entbrannt, wer die würdigsten Männer am höchsten schätzt. Wir weisen uns gegenseitig auf sie hin, jeder hat Vertrauen zum Urteil des andern, und, was das deutlichste Zeichen unserer Liebe zueinander ist: wir lieben dieselben Menschen. 5. Deshalb, Senatoren, zeigt offen eure Sympathie, unerschütterlich eure Zuneigung! Nun gilt es nicht mehr, die Liebe zu verheimlichen, weil sie schaden könnte, nicht den Haß zu unterdrücken, weil er nützen könnte: der Caesar und der Senat sind eines Sinnes in Zustimmung und Ablehnung. Ihr gehört zum Kreis seiner Ratgeber, wenn ihr zugegen seid, aber auch, wenn ihr weg seid. Den Männern, die ihr erwählt hattet, hat er ein drittes Konsulat verliehen, und zwar in der Reihenfolge, in der eure Wahl erfolgt war! 6. Die Ehre für euch ist in jedem Falle groß, ob er nun die Männer, die euch am liebsten sind, tatsächlich selber auch am höchsten achtet, oder ob er ihnen trotz persönlicher Vorliebe für einen andern keinen vorzieht.

7. Nun winken den Älteren Belohnungen, und die Jungen haben leuchtende Beispiele vor Augen. Sie sollen nur hingehen und eifrig die Privatwohnungen ihrer Vorbilder aufsuchen, wo jetzt endlich gefahrlos die Tore offenstehen! Wer immer zu solchen Männern aufschaut, die vom Senat hochgeachtet werden, der gewinnt am sichersten das Wohlwollen auch des Princeps. 8. Denn dieser betrachtet es stets als seinen persönlichen Gewinn, wenn das Ansehen eines anderen steigt, und größer zu sein als alle andern bedeutet ihm nur dann willkommenen Ruhm, wenn die andern auch selbst wirklich groß sind. 9. Bleibe dieser Linie treu, Caesar, und halte dich bei jedem von uns an das Urteil der öffentlichen Meinung! Höre hin auf sie, schau sie dir an! Achte nicht auf heimlich dir zugespielte Urteile und auf Einflüsterungen, die sich für niemanden so tückisch erweisen wie für den, der auf sie hört. Besser handelt, wer nicht

dientibus insidiantes susurros. Melius omnibus quam singulis creditur: singuli enim decipere et decipi possunt, nemo omnes neminem omnes fefellerunt.

63. Praevortor iam ad consulatum tuum, etsi sunt quaedam ad consulatum quidem pertinentia, ante consulatum tamen: in primis quod comitiis tuis interfuisti candidatus, non consulatus tantum sed immortalitatis et gloriae, et exempli quod sequerentur boni principes, mali mirarentur. 2. Vidit te populus Romanus in illa vetere potestatis suae sede; perpessus es longum illud carmen comitorum nec iam inridendam moram consulque sic factus es ut unus ex nobis, quos facis consules. 3. Quotus quisque principum antecedentium honorem istum aut consulatui habuit aut populo? Non alii marci somno, hesternaque cena redundantes, comitorum suorum nuntios opperiebantur; alii sane pervigiles et insomnes, sed intra cubilia sua illis ipsis consulibus a quibus consules renuntiabantur, exsilia et caedem machinabantur? 4. O prava et inscia verae maiestatis ambitio, concupiscere honorem quem dedigneris, dedignari quem concupieris, cumque ex proximis hortis campum et comitia prospectes, sic ab illis abesse, tamquam Danubio Rhenoque dirimare! 5. Averseris tu honori tuo sperata suffragia, renuntiarique te consulem iussisse contentus, liberae civitatis ne simulationem quidem serves? abstineas denique comitiis abstrusus atque abditus, quasi illic tibi non consulatus detur sed abrogetur imperium? 6. Haec persuasio superbissimis dominis erat, ut sibi viderentur principes esse desinere, si quid facerent tamquam senatores. Plerique tamen non tam superbia quam metu quodam submovebantur. 7. An stuprorum sibi incestarumque noctium conscii, auspicia polluere

einem einzelnen sein Vertrauen schenkt, sondern der Gesamtheit; denn einzelne können täuschen und auch getäuscht werden, aber niemals hat ein einzelner die Gesamtheit getäuscht, niemals die Gesamtheit einen einzelnen.

63. Ich komme nun gleich zu deinem Konsulat, auch wenn ich dabei manches zu deinem Konsulat rechne, was sich strenggenommen schon davor ereignet hat. Zuerst dies: du hast persönlich an deiner Wahlversammlung teilgenommen,<sup>5</sup> nicht nur als Anwärter auf das Konsulat, sondern auch als Anwärter auf Ruhm und Unsterblichkeit, und um ein Beispiel zu geben, das gute Principes zur Nachfolge reizen und schlechte in Erstaunen versetzen sollte. 2. Das römische Volk sah dich an jener alten Stätte seiner Macht; du hast dort jenes langatmige Zeremoniell über dich ergehen lassen, das man hinfort nicht mehr als lächerlichen Zeitverlust ansehen darf, und bist selbst auf solche Weise Konsul geworden, als wärest du einer von uns, die du zu Konsuln machst.

3. Wie viele gab es denn unter deinen Vorgängern, die entweder der Konsulwürde oder dem Volke diese Ehre erweisen mochten? War es nicht so, daß die einen, schlaftrunken und noch voll vom Gelage des Vorabends, daheim auf die Boten aus ihren Wahlversammlungen warteten, die andern hingegen zwar schlaflos die Nacht durchwachten, aber im Innern ihrer Gemächer auf Tod und Verbannung sannend gegen eben die Konsuln, von denen ihre eigene Wahl zum Konsul ausgerufen wurde? 4. Welch ein fehlgeleiteter Ehrgeiz, ohne Gefühl für wahre Größe – ein Amt zu begehren, das man verachtet, es zu verachten, nachdem man es begehrt hat! Und von seinen nahe gelegenen Gärten\* auf das Marsfeld und die Wahlversammlung zu schauen, innerlich so weit davon weg, als lägen Rhein und Donau dazwischen! 5. Könntest du dir das vorstellen: dich hochmütig abzukehren von den Wählern, deren Stimmen du dir erhoffst, dich zu begnügen mit dem Befehl, man solle dich zum Konsul ausrufen, ohne auch nur den Schein eines freien Staates zu wahren, schließlich den Wahlen fernzubleiben und dich zu verstecken, als ob man dir dort nicht das Konsulat verleihen, sondern deine Herrschaft aberkennen wollte? 6. Die Gewaltherren hingegen in ihrem Hochmut waren der festen Überzeugung, es sei mit ihrer Stellung als Princeps zu Ende, wenn sie einmal wie gewöhnliche Senatoren handelten. Allerdings beruhte bei den meisten ihr Fernbleiben nicht auf Hochmut, sondern auf Furcht. 7. Im Bewußtsein ihrer in Unzucht und Blutschande zugebrachten Nächte, wie hätten

sacratumque campum nefario auderent contaminare vestigio?  
8. Non adeo deos hominesque contempserant, ut in illa spatiosissima sede hominum deorumque coniectos in se oculos ferre ac peti possent. Tibi contra et moderatio tua suavit et sanctitas, ut te et religioni deorum et iudiciis hominum exhiberes.

64. Alii consulatum ante quam acciperent, tu et dum accipis meruisti. Peracta erant sollemnia comitiorum, si principem cogitares, iamque se omnis turba commoverat, cum tu mirantibus cunctis accedis ad consulis sellam, adigendum te praebes in verba principibus ignota, nisi cum iurare cogere alios. Vides quam necessarium fuerit consulatum non recusare. Non putassemus istud te facturum fuisse, si recusasses.

2. Stupeo, patres conscripti, necdumque satis aut oculis meis aut auribus credo, atque identidem me an audierim, an viderim interrogo. Imperator ergo et Caesar et Augustus (et) pontifex maximus stetit ante gremium consulis, seditque consul principe ante se stante, et sedit inturbatus interritus, et tamquam ita fieri soleret. 3. Quin etiam sedens stanti praeiit ius iurandum, et ille iuravit, expressit explanavitque verba quibus caput suum domum suam, si scienter fefellerisset, deorum irae consecraret. Ingens, Caesar, et par gloria tua, sive fecerint istud postea principes, sive non fecerint. 4. Ullane satis digna praedicatio est idem tertio consulem fecisse quod primo, idem principem quod privatum, idem imperatorem quod sub imperatore? Nescio iam, nescio, pulchriusne sit illud quod praeeunte nullo, an hoc quod alio praeeunte iurasti.

sie es da wagen können, die Auspizien zu entehren und das geheiligte Marsfeld durch ihr unheiliges Auftreten zu beflecken?  
8. Noch war ihre Verachtung für Götter und Menschen nicht so vollkommen, daß sie es hätten ertragen und aushalten können, wenn auf jenem riesigen Platze die Blicke aller Götter und Menschen auf sie sich richteten. Dir bingegen gebot dein zuchtvolles, lauterer Wesen, dich offen zu stellen sowohl der heiligen Gegenwart der Götter wie dem Urteil der Menschen.

64. Andere haben ihr Konsulat verdient vor dem Tag der Übernahme, du sogar noch bei der Übernahme selbst. – Der feierliche Wahlvorgang war zu Ende – jedenfalls wenn man berücksichtigte, daß der Gewählte ja der Princeps war –; schon war die Volksmenge in Bewegung geraten, da tratest du zum Staunen aller vor den Amtsstuhl des Konsuls und ließest dir den Treueid abnehmen nach der Formel, die unsere Principes bisher nur dann kannten, wenn sie anderen den Eid abverlangten. Du siehst also, wie wichtig es war, das Konsulat nicht abzulehnen. Denn hättest du es abgelehnt, dann wäre uns nie der Gedanke gekommen, daß du als Konsul so würdest gehandelt haben.

2. Ich bin voll Staunen, Senatoren, mag meinen Augen und Ohren noch nicht trauen, und immer wieder frage ich mich, ob ich das wirklich gehört, wirklich gesehen habe. So stand also der Kaiser, der Caesar, der Augustus, der oberste Priester vor dem Stuhle des Konsuls, und der Konsul saß, während vor ihm der Princeps stand, saß da, ruhig und ohne Furcht, als wenn das so üblich wäre. 3. Ja, er sprach sogar im Sitzen dem stehenden Kaiser die Eidesformel vor, und dieser leistete den Schwur, sprach laut und deutlich die Worte aus, mit denen er sein Haupt und sein Haus, falls er wesentlich falsch schwöre, dem Zorn der Götter anheimstellte. Groß ist dein Ruhm, Caesar, und groß wird er bleiben, ob nun spätere Principes es ebenso halten werden oder nicht! 4. Gibt es einen hinreichend angemessenen Lobpreis dafür, daß ein Konsul bei der dritten Übernahme des Amtes dasselbe getan hat wie bei der ersten, als Princeps dasselbe wie als einfacher Bürger, als Kaiser dasselbe wie als Untertan des Kaisers? Ich weiß wirklich nicht, was nun großartiger ist: daß du den Eid abgelegt hast, ohne dafür das Beispiel eines andern zu haben, oder daß du geschworen hast mit den Worten, die ein anderer dir vorsprach.



65. In rostris quoque simili religione ipse te legibus subiecisti, legibus, Caesar, quas nemo principi scripsit. Sed tu nihil amplius vis tibi licere quam nobis: sic fit, ut nos tibi plus velimus. Quod ego nunc primum audio, nunc primum disco; non est princeps super leges sed leges super principem, idemque Caesari consuli quod ceteris non licet. 2. Iurat in leges attendentibus dis (nam cui magis quam Caesari attendant?), iurat observantibus his quibus idem iurandum est, non ignarus alioqui nemini religiosius quod iuraverit custodiendum, quam cuius maxime interest non peierari. Itaque et abiturus consulatu iurasti te nihil contra leges fecisse. Magnum hoc erat cum promitteres, maius postquam praestitisti.

3. Iam totiens procedere in rostra, inascensumque illum superbiae principum locum terere, hic suscipere hic ponere magistratus, quam dignum te quamque diversum consuetudini illorum, qui pauculis diebus gestum consulatum, immo non gestum abiciebant per edictum! Hoc pro contione pro rostris, pro iure iurando, scilicet ut primis extrema congruerent, utque hoc solo intellegerentur ipsi consules fuisse, quod alii non fuissent.

66. Non transilui, patres conscripti, principis nostri consulatum, sed eundem in locum contuli, quidquid de iure iurando dicendum erat. Neque enim ut in sterili ieiunaque materia eandem speciem laudis deducere ac spargere atque identidem tractare debemus. 2. Inluxerat primus consulatus tui dies, quo tu curiam ingressus nunc singulos, nunc universos adhortatus es resumere libertatem, capessere quasi communis imperii curas, invigilare publicis utilitatibus et insurgere. 3. Omnes ante te eadem ista dixerunt, nemini

65. Auch auf der Tribüne des Forums hast du dich mit gleicher Gewissenhaftigkeit von dir aus den Gesetzen unterworfen, den Gesetzen, Caesar, die niemand je auf den Princeps bezogen hat. Doch, wenn es nach dir geht, soll dir nicht mehr erlaubt sein als uns – und gerade darum ist dies unser Wunsch. Diesen Satz höre ich, lerne ich jetzt zum erstenmal: der Princeps steht nicht über den Gesetzen, sondern die Gesetze über dem Princeps, und für einen Caesar gelten als Konsul dieselben Grenzen wie für andere Konsuln. 2. So leistet der Princeps den Eid auf die Gesetze vor den aufmerksamen Ohren der Götter (denn wen sollten sie aufmerksamer betrachten als den Caesar?), leistet ihn im Angesicht derjenigen, die denselben Eid zu schwören haben, und weiß dabei nur zu gut, daß kein anderer seinen Schwur gewissenhafter halten muß als der, dem an der Verbindlichkeit der Schwüre am meisten gelegen ist. Darum hast du auch vor deinem Ausscheiden aus dem Konsulat geschworen, du habest nicht den Gesetzen zuwidergehandelt. Dies war ein großes Wort, als du das Versprechen ablegtest, ein größeres noch, als du es erfüllt hattest.

3. Und nun so oft die Tribüne zu betreten, also den Ort aufzusuchen, den die Principes in ihrem Hochmut bislang verschmäht hatten, hier Ämter zu übernehmen und hier wieder niederzulegen – wie gut paßt das zu dir, und wie weit ist es entfernt von der Gewohnheit jener Herren, die das Konsulat gerade ein paar Tage ausübten – nein besser: nicht ausübten –, um es dann durch Erlaß wieder abzuschütteln. Dieser Akt ersetzte bei ihnen die Volksversammlung, die Tribüne, den Amtseid, so daß das Ende bestens zum Anfang paßte und man nur deshalb merkte, es sei wohl der Princeps selbst Konsul gewesen, weil andere es zu dieser Zeit nicht waren.

66. Ich habe hier, Senatoren, keineswegs das Konsulat unseres Princeps übersprungen, sondern habe nur alles an einer Stelle behandelt, was über den Amtseid zu sagen war. Denn wir haben nicht nötig – so als läge nur ein Stoff von karger und kümmerlicher Menge vor –, ein einziges Motiv für Glanz und Ruhm auszuspinnen und breitzutreten und immer wieder aufzugreifen. – 2. Der erste Tag deines Konsulats war angebrochen, da betratest du die Kurie und ermahntest bald einzelne Senatoren, bald den gesamten Senat, die Freiheit neu zu gebrauchen, die Sorge um das Reich sozusagen in gemeinsamer Verantwortung zu übernehmen, wachsam und energisch auf den Nutzen des Staates bedacht zu sein. 3. Alle deine Vorgänger haben genau dasselbe gesagt, aber keiner vor dir fand

tamen ante te creditum est. Erant sub oculis naufragia multorum, quos insidiosa tranquillitate provectorum improvisus turbo perculerat. Quod enim tam infidum mare quam blanditiae principum illorum, quibus tanta levitas tanta fraus, ut facilius esset iratos quam propitios cavere? Te vero securi et alacres quo vocas sequimur. 4. Iubes esse liberos: erimus; iubes quae sentimus promere in medium: proferemus. Neque enim adhuc ignavia quadam et insito torpore cessavimus: terror et metus et misera illa ex periculis facta prudentia monebat, ut a re publica (erat autem omnino res publica?) oculos aures animos averteremus.

5. At nunc tua dextera tuisque promissis freti et innixi, obsaepta diutina servitute ora reseramus, frenatamque tot malis linguam resolvimus. Vis enim tales esse nos quales iubes, nihilque exhortationibus tuis fucatum, nihil subdolum, (nihil) denique quod credentem fallere paret non sine periculo fallentis. Neque enim umquam deceptus est princeps, nisi qui prius ipse decepit.

67. Equidem hunc parentis publici sensum cum ex oratione eius tum pronuntiatione ipsa perspexisse videor. Quae enim illa gravitas sententiarum, quam inadfectata veritas verborum, quae adseveratio in voce, quae adfirmatio in vultu, quanta in oculis habitu gestu, toto denique corpore fides! 2. Tenebit ergo semper quid suaserit, scietque nos, quotiens libertatem quam dedit experiemur, sibi parere. 3. Nec verendum est ne incautos putet si fidelitate temporum constanter utamur, quos meminuit sub malo principe aliter vixisse.

Nuncupare vota et pro aeternitate imperii et pro salute princi-

Vertrauen. Hatte man doch vor Augen den Untergang vieler Männer, die bei täuschender Windstille in See gegangen waren und die dann ein überraschender Wirbelsturm zerschmetterte. Und doch ist kein Meer so trügerisch wie jene Principes und ihre Schmeichelworte, die so unberechenbar, so tückisch waren, daß man sich leichter vor ihrem Zorn als vor ihrer Huld in acht nehmen konnte. Dir aber folgen wir furchtlos und voll Begeisterung, wohin du uns rufst. 4. Du gebietest uns, frei zu sein, und so werden wir frei sein; du gebietest uns, öffentlich unsere Meinung zu sagen, und so werden wir es tun. Denn unser bisheriges Stillhalten geschah nicht aus eingewurzelter dumpfer Gleichgültigkeit, nein, Angst und Schrecken und jene aus Gefahren erwachsene unselige Klugheit ließen es uns ratsam erscheinen, Augen und Ohren und Herzen fernzuhalten vom Staate – doch gab es überhaupt noch einen Staat?

5. Jetzt aber erfüllt uns festes Vertrauen auf dein eidlich bekräftigtes Versprechen, wir öffnen unsern Mund, der in langer Knechtschaft verschlossen war, wir lösen die Zunge aus den Fesseln so vieler Übel. Denn du willst wirklich, daß wir so sind, wie du es verlangst, und hinter deinen Ermahnungen verbirgt sich keine Falschheit, keine List, nichts schließlich, was einen Vertrauensvollen zu täuschen trachtet – freilich nicht ohne Risiko für den, der täuscht; denn noch nie ist ein Princeps betrogen worden, wenn er nicht selbst als erster betrogen hat.

67. Diese Einstellung unseres gemeinsamen Vaters glaube ich erkannt zu haben sowohl aus dem Inhalt seiner Rede wie insbesondere aus der Art ihres Vortrags. Denn wie bewundernswert ist der Ernst seiner Gedanken, die schlichte, angemessene Wortwahl, die Überzeugungskraft in seiner Stimme, die Entschiedenheit seines Gesichtsausdrucks; welche Glaubwürdigkeit spricht aus seinen Augen, seiner Haltung, seiner Gebärde, kurz aus seiner ganzen Erscheinung! 2. Also wird er immerfort seiner Empfehlungen an uns sich erinnern und deshalb bei all unseren künftigen Versuchen im Umgang mit der Freiheit, die er uns geschenkt hat, genau wissen, daß wir eben dadurch ihm Gehorsam erweisen. 3. Es besteht kein Anlaß zur Befürchtung, in seinen Augen als unvorsichtig zu gelten, wenn wir entschlossenen Gebrauch machen von der sicheren Verlässlichkeit der neuen Zeit; weiß er doch, daß wir unter einem schlechten Princeps uns anders betragen haben.

Es war Brauch bei uns, feierliche Gelübde abzulegen für den Bestand des Reiches und für das Wohlergehen der Principes,<sup>2</sup> oder ge-

pum, immo pro salute principum ac propter illos pro aeternitate imperii solebamus. 4. Haec pro imperatore nostro in quae sint verba suscepta, operae pretium est adnotare. „Si bene rem publicam et ex utilitate omnium (rexerit).“ Digna vota quae semper suscipiantur semperque solvantur. 5. Egit cum dis ipso te auctore, Caesar, res publica, ut te sospitem incolumemque praestarent, si tu ceteros praestitisses; si contra, illi quoque a custodia tui capitis oculos dimoverent teque relinquerent votis, quae non palam susciperentur.

6. Alii se superstites rei publicae optabant faciebantque; tibi salus tua invisita est, si non sit cum rei publicae salute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi expediat optantibus, omnibusque annis in consilium de te deos mittis, exigisque ut sententiam suam mutant, si talis esse desieris qualis electus es; 7. sed ingenti conscientia, Caesar, quasi pacisceris cum dis, ut te si mereberis servent, cum scias an merearis neminem magis quam deos scire. 8. Nonne vobis, patres conscripti, haec diebus ac noctibus agitare secum videtur: „Ego quidem in me, si omnium utilitas ita posceret, etiam praefecti manum armavi; sed ne deorum quidem aut iram aut neglegentiam deprecor, quaeso immo et obtestor, ne umquam pro me vota res publica invita suscipiat, aut si susceperit invita ne debeat“?

68. Capis ergo, Caesar, salutis tuae gloriosissimum fructum ex consensu deorum. Nam cum excipias ut ita demum te dei servent, si bene rem publicam et ex utilitate omnium rexeris, certus es bene te rem publicam et ex utilitate omnium regere cum servent.

2. Itaque securus tibi et laetus dies exit, qui principes alios cura et metu distinebat, cum suspensi et attoniti, parumque confisi patientia nostra, hinc atque inde publicae servitutis nuntios exspectarent.

nauer gesagt: für das Wohlergehen der Principes und um ihretwegen für den Bestand des Reiches. 4. Es verlohnt sich nun, hier festzuhalten, in welche Worte diese Gelübde für unseren Kaiser gefaßt wurden: „Wenn er den Staat gut und zum Vorteil aller lenken wird.“ Ein Gelübde, das es verdient, immer wieder abgelegt und immer wieder eingelöst zu werden! 5. Von dir selbst ermächtigt, Caesar, ist der Staat mit den Göttern übereingekommen, sie sollten dich heil und unbeschadet erhalten, wenn du deinerseits die andern heil erhieltest; widrigenfalls sollten auch sie ihren Schutz dir entziehen und dich solchen Wünschen überlassen, die man nicht öffentlich ausspricht.

6. Andere Principes wünschten sich, den Staat zu überleben, und taten das Nötige dazu; dir aber ist dein Wohlergehen zuwider, wenn es nicht mit dem Wohlergehen des Staates einhergeht. Du duldest für deine Person keinen Wunsch, der nicht auch den Wünschenden zugute kommt, und in jedem neuen Jahr lässest du die Götter über dich beraten und verlangst, sie sollten ihren Spruch ändern, falls du nicht mehr der bist, der du bei deiner Wahl einst warst; 7. doch in der Selbstsicherheit eines reinen Gewissens triffst du geradezu eine Vereinbarung mit den Göttern, daß sie dich schützen nur, falls du das verdienst – denn du weißt ja, daß niemand besser als die Götter wissen kann, ob das tatsächlich zutrifft. 8. Habt ihr nicht den Eindruck, Senatoren, daß er alle Tage und Nächte diesen Gedanken bei sich erwägt: „Für den Fall, daß dies der Nutzen der Gesamtheit erheischen würde, habe ich sogar die Hand des Gardepräfecten gegen mich bewaffnet;\* doch nicht einmal den Zorn der Götter oder die Nichtbeachtung durch sie suche ich von mir abzuwenden, vielmehr bitte und flehe ich darum, daß der Staat niemals widerwillig Gelübde für mich ablegt, oder, wenn er sie abgelegt hat, nicht widerwillig einlöst.“

68. So erwächst dir, Caesar, aus der Zustimmung der Götter eine herrliche Frucht: dein persönliches Wohlergehen. Denn da du einschränkend den Schutz der Götter dir nur dann wünschst, wenn du den Staat gut und zum Nutzen aller lenken wirst, so darfst du aus der Tatsache ihres Schutzes den Schluß ziehen, daß du den Staat wirklich gut und zum Nutzen aller lenkst.

2. Deshalb geht für dich in froher Gelassenheit ein Tag zu Ende, der andere Principes in Furcht und Sorge schweben ließ\*: wenn sie in angstvoller Spannung, wenig überzeugt von unsrer sanften Geduld, die Nachrichten erwarteten, die aus allen Himmelsrichtungen



3. Ac si forte aliquos flumina nives venti praepedissent, statim hoc illud esse credebant quod merebantur; nec erat discrimen ullum pavoris, propterea quod cum a malo principe tamquam successor timeatur quisquis est dignior, cum sit nemo non dignior, omnes timentur.

4. Tuam securitatem non mora nuntiorum, non litterarum tarditas differt. Scis tibi ubique iurari, cum ipse iuraveris omnibus. Nemo hoc non sibi praestat. 5. Amamus quidem te in quantum mereris; istud tamen non tui facimus amore sed nostri, nec umquam inlucescat dies quo pro te nuncupet vota non utilitas nostra sed fides, Caesar. Turpis tutela principis, cui potest imputari.

6. Queri libet quod in secreta nostra non inquirant principes nisi quos odimus. 7. Nam si eadem cura bonis ac malis esset, quam ubique admirationem tui, quod gaudium exultationemque deprenderes, quos omnium cum coniugibus ac liberis, quos etiam cum domesticis aris focusque sermones! Scires mollissimis istis auribus parci. Et alioqui, cum sint odium amorque contraria, hoc perquam simile habent, quod ibi intemperantius amamus bonos principes, ubi liberius malos odimus.

69. Cepisti tamen et adfectus nostri et iudicii experimentum, quantum maximum praesens capere potuisti, illo die quo sollicitudini pudorique candidatorum ita consuluisti, ne ullius gaudium alterius tristitia turbaret. Alii cum laetitia, alii cum spe recesserunt; multis gratulandum, nemo consolandus fuit. 2. Nec ideo segnius iuvenes nostros exhortatus es, senatum circumirent, senatui supplicarent, atque ita a principe sperarent honores, si a senatu petissent.

ihnen die allgemeine Sklaverei bestätigen sollten. 3. Und wenn immer durch Überschwemmungen, Schneefälle oder Stürme einige dieser Boten steckengeblieben waren: sofort glaubten sie, jetzt sei eingetreten, was sie verdienten. Und in ihrer Angst machten sie keinen Unterschied; denn ein schlechter Princeps fürchtet als möglichen Nachfolger jeden, der würdiger ist als er, und da jeder würdiger ist als er, so fürchtet er alle.

4. Deiner inneren Ruhe hingegen macht es nichts aus, wenn die Boten ausbleiben und die Berichte verspätet eintreffen. Du weißt ja, daß man dir überall den Treueid schwört, da du selbst ihn allen geschworen hast. Schon sich selbst zuliebe macht niemand eine Ausnahme. 5. Wir schenken dir unsere Liebe zwar so, wie du es verdienst, tun das jedoch keineswegs ganz selbstlos; und nie möge der Tag anbrechen, Caesar, an dem wir unsere feierlichen Wünsche nicht auch aus persönlichem Interesse, sondern nur aus Verpflichtung äußern. Es ist unehrenhaft für einen Princeps, wenn ihn seine Sicherheit zum Schuldner der Bürger macht.

6. Man möchte es beklagen, daß nur die Principes, die wir hassen, unsere Privatsphäre ausforschen. 7. Denn hätten die guten Principes dasselbe Interesse daran wie die schlechten, welche Bewunderung für deine Person würdest du überall antreffen, welche freudige Begeisterung, was für Gespräche würdest du mit anhören, wie man sie allenthalben mit Frau und Kindern führt, ja sogar mit den Gottheiten des Herds und des Hausaltars! Du würdest merken, wie man sonst Rücksicht nimmt auf deine Scheu vor lautem Lob. Und überhaupt sind Haß und Liebe bei aller Verschiedenheit darin sich sehr ähnlich, daß unsere Liebe zu guten Principes besonders ungestüm dort sich kundtut, wo sich der Haß besonders freimütig äußert.

69. Gleichwohl hast du eine Probe unserer Zuneigung und Wertschätzung erfahren, wie du sie in unmittelbarem Dabeisein nicht besser hättest erleben können, und zwar an dem Tage, als du in so hohem Maße dem Ehrgefühl ängstlich besorgter Amtsbewerber Rechnung trugst,\* damit nur ja nicht der Unmut des einen die Zufriedenheit des andern trübe. Die einen gingen voll Freude, die andern voll Hoffnung davon; vielen durfte man gratulieren, niemand mußte getröstet werden. 2. Aber deswegen hast du nicht weniger nachdrücklich die jungen Leute aufgefordert, sie sollten beim Senat sich bewerben, sollten dort ihr Anliegen vortragen und sollten sich vom Princeps nur nach vorausgehender Vorsprache beim Senat ein

3. Quo quidem in loco, si quibus opus exemplo, adiecisti ut te imitarentur. Arduum, Caesar, exemplum, et quod imitari non magis quisquam candidatorum quam principum possit. Quis enim vel uno die reverentior senatus candidatus, quam tu cum omni vita tum illo ipso tempore quo iudicas de candidatis?

4. An aliud a te quam senatus reverentia obtinuit, ut iuvenibus clarissimae gentis debitum generi honorem, sed ante quam debere-tur offerres? 5. Tandem ergo nobilitas non obscuratur sed in-lustratur a principe, tandem illos ingentium virorum nepotes, illos posteros libertatis nec terret Caesar nec pavet; quin immo festinatis honoribus amplificat atque auget, et maioribus suis reddit. Si quid usquam stirpis antiquae, si quid residuae claritatis, hoc amplexatur ac refovet, et in usum rei publicae promit. 6. Sunt in honore ho-minum et in ore famae magna nomina (excitata) ex tenebris obli-vionis indulgentia Caesaris, cuius haec intentio est ut nobiles et conservet et faciat.

70. Praefuerat provinciae quaestor unus ex candidatis inque ea civitatis amplissimae reditus egregia constitutione fundaverat. Hoc senatui adlegendum putasti. 2. Cur enim te principe, qui generis tui claritatem virtute superasti, deterior esset condicio eorum qui posteros habere nobiles mererentur, quam eorum qui parentes ha-buissent? O te dignum qui de magistratibus nostris semper haec nunties, nec poenis malorum sed bonorum praemiis bonos facias! 3. Accensa est iuventus erexitque animos ad aemulandum quod laudari videbat, nec fuit quisquam quem non haec cogitatio subiret, cum sciret quidquid a quoque in provinciis bene fieret, omnia te sci-re. 4. Utile est, Caesar, et salutare praesidibus provinciarum hanc

Amt erhoffen. 3. Du hast hinzugesetzt, wer etwa in diesem Zu-sammenhang ein Beispiel brauche, solle dich nachahmen. Ein hohes Beispiel, Caesar, das keiner der Kandidaten und auch keiner der Principes wirklich nachahmen kann. Denn welcher Kandidat zeigt nur an einem Tag mehr Respekt vor dem Senat als du während deines ganzen Lebens, vor allem aber in der Zeit, in der du über die Kandidatenliste entscheidest?

4. Denn es geschah gewiß aus keinem anderen Grund als aus Re-spekt vor dem Senat, daß du jungen Männern von erlauchter Ab-kunft das Amt anbietest, das ihrer Familie zukam, doch schon vor der gebührenden Zeit. 5. Also wird endlich der Adel vom Princeps nicht mehr in ein Schattendasein verwiesen, sondern ins helle Licht gerückt; endlich hegen jene Enkel großer Männer, jene Nachfahren der Freiheit keine Furcht vor dem Caesar! Aber auch der Caesar kennt keine Angst vor ihnen, vielmehr erhöht und vermehrt er ihr Ansehen durch die frühzeitige Ämterverleihung und führt so die Enkel wieder ihren Ahnen zu. Wo immer der Rest eines alten Stammes überdauert hat, ein Abglanz früherer Größe, er hegt und pflegt ihn und zieht ihn heran zum Nutzen des Staates. 6. So nennt man jetzt überall in ehrenvoller Weise große Namen, die des Caesars Güte aus der Finsternis des Vergessens emporgerufen hat. Denn es ist sein erklärtes Ziel, alten Adel zu erhalten und neuen zu schaffen.

70. Einer der Kandidaten hatte als Quaestor eine Provinz ver-waltet\* und hatte dort die Einkünfte einer bedeutenden Stadt durch ausgezeichnete Organisation gesichert. Dies, so meinst du, sollte dem Senat bekannt werden. 2. Denn warum sollten unter einem Princeps wie dir, der durch eigene Tüchtigkeit noch über seine edle Herkunft hinausgewachsen ist, diejenigen, die adlige Nachkommen zu haben verdienen, schlechter daran sein als diejenigen, die bereits adlige Eltern hatten? Ja, gerade du bist der richtige Mann, über un-sere Amtsträger stets solche Berichte zu geben und aus ihnen gute Männer zu machen nicht durch Bestrafung der Schlechten, sondern durch Belohnung der Guten. 3. Nun ließ sich die Jugend begei-stern und faßte den stolzen Mut, Taten nachzuahmen, die sie von Anerkennung belohnt sah; keinen gab es, der nicht so dachte, jetzt da man wußte, daß eines jeden Leistungen in den Provinzen aus-nahmslos zu deinen Ohren kämen. 4. Für die Provinzgouver-neure, Caesar, ist es ein großer Vorteil, daß sie das feste Vertrauen haben können, es warte auf ihre untadelige, einsatzfreudige Amts-



habere fiduciam, paratum esse sanctitati industriae suae maximum praemium, iudicium principis suffragium principis.

5. Adhuc autem quamlibet sincera rectaque ingenia, etsi non detorquebat, hebetabat tamen misera sed vera reputatio: 6. „Vides enim: si quid bene fecero sciet Caesar? aut si scierit testimonium reddet?“ 7. Ita eadem illa seu neglegentia seu malignitas principum, cum male consultis impunitatem, recte factis nullum praemium polliceretur, nec illos a crimine et hos deterrebat a laude. 8. At nunc si bene aliquis provinciam rexit, huic quaesita virtute dignitas offertur. Patet enim omnibus honoris et gloriae campus: ex hoc quisque quod concupiit petat et adsecutus sibi debeat.

Provinciis quoque in posterum et iniuriarum metum et accusandi necessitatem remisisti. Nam si profuerint quibus gratias egerint, de nullo queri cogentur, et alioqui nihil magis prodesse (sciunt) candidato ad sequentes honores quam peractos. Optime magistratus magistratu, honore honor petitur. 9. Volo ego, qui provinciam rexit, non tantum codicillos amicorum nec urbana coniuratione eblanditas preces sed decreta coloniarum decreta civitatum adleget. Bene suffragiis consularium virorum urbes populi gentes inseruntur. Efficacissimum pro candidato genus est rogandi gratias agere.

71. *Iam quo adsensu senatus, quo gaudio exceptum est, cum candidatis ut quemque nominaveras osculo occurreres, devexus quidem in planum et quasi unus ex gratulantibus!* 2. *Te magis mirer,*

*führung die schönste Belohnung: Anerkennung und Förderung\* durch den Princeps.*

5. *Mochte bislang die Gesinnung eines Mannes noch so gerade und aufrecht sein, er wurde, wenn schon nicht davon abgebracht, so doch entmutigt durch die deprimierende, aber richtige Überlegung:* 6. *„Du siehst es doch: wenn ich etwas Tüchtiges leiste, wird der Caesar davon erfahren? Und wenn er es erfährt, wird er es offiziell anerkennen?“* 7. *So hat jenes Verhalten der Principes – ob aus Gleichgültigkeit oder aus Bosheit, es kommt auf dasselbe heraus – üblen Absichten Straflosigkeit garantiert, rechten Taten dagegen keine Aussicht auf Belohnung eröffnet, und hat so die einen nicht vom Verbrechen abgehalten, wohl aber die andern vom Bemühen um Ruhm.* 8. *Anders heute: wenn jetzt jemand seine Provinz gut verwaltet hat, wird ihm die Rangerhöhung angeboten, auf die er kraft seiner Leistung Anspruch hat. Denn das Feld der Ehre und des Ruhmes steht nun allen offen: ein jeder soll sich den Teil vornehmen, nach dem ihn verlangt, und soll, ans Ziel gelangt, den Erfolg nur sich selbst verdanken.*

*Auch hast du die Provinzen für die Zukunft von der Furcht vor Mißhandlungen befreit und sie dem Zwang enthoben, Klagen einzureichen. Denn wenn ihr offizieller Dank dem Empfänger wirklich zugute kommt, wird für sie kein Anlaß mehr bestehen, sich über irgend jemand zu beschweren; und überhaupt weiß man nun, daß für die weitere Laufbahn eines Kandidaten nichts ausschlaggebender ist als die zurückliegenden Ämter. Ein ausgezeichnete Weg. Amt durch Amt, Ehrenstelle durch Ehrenstelle zu erstreben!* 9. *Ich meine, es sollte ein Provinzgouverneur nach Ablauf seiner Amtszeit nicht nur die Empfehlungsschreiben seiner Freunde vorlegen, nicht nur Referenzen, die er sich durch gute Beziehungen in der Hauptstadt heimlich erwirkt hat, sondern amtliche Zeugnisse der Kolonien und Provinzstädte. Es macht sich trefflich, wenn zu der Unterstützung durch einzelne Konsulare auch die Stimmen ganzer Städte, Völker und Nationen hinzukommen. Dann ist die wirksamste Art, sich für einen Kandidaten einzusetzen: ihm Dank auszusprechen.*

71. *Weiter, wie groß war der Beifall des Senats, mit welcher Freude nahm man es auf, als du zu jedem einzelnen Kandidaten, sowie du seinen Namen genannt hattest, hingingst und ihn küßtest, herabgestiegen zu ebener Erde, als wärest du nur einer aus der Schar der Gratulanten!* 2. *Was ist stärker, meine Bewunderung für*

an improbem illos qui effecerunt ut istud magnum videretur, cum velut adfixi curulibus suis manum tantum et hanc cunctanter et pigre et imputantibus similes promerent? 3. Contigit ergo oculis nostris insolita ante facies, princeps aequatus candidatis, et simul stantis intueri parem accipientibus honorem qui dabat.

4. Quod factum tuum a cuncto senatu quam vera acclamatione celebratum est: „Tanto maior, tanto augustior“! Nam cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo crescere potest, si se ipse summittat securus magnitudinis suae. 5. Neque enim ab ullo periculo fortuna principum longius abest quam humilitatis. Mihi quidem non tam humanitas tua quam intentio eius admirabilis videbatur. 6. Quippe cum orationi oculos vocem manum commodares, ut si alii eadem ista mandasses, omnes comitatis numeros obibas. Atque etiam, cum suffragatorum nomina honore quo solent exciperentur, tu quoque inter excipientes eras, et ex ore Caesaris ille senatorius adsensus audiebatur, 7. quodque apud principem perhibere testimonium merentibus gaudebamus, perhibebatur a principe. Faciebas ergo, cum diceres optimos; nec ipsorum modo vita a te sed iudicium senatus comprobabatur, ornarique se, non illos magis quos laudabas, laetabatur.

72. Iam quod precatus es, ut illa ipsa ordinatio comitorum bene ac feliciter eveniret nobis rei publicae tibi, nonne tale est ut nos hunc ordinem votorum convertere debeamus, deosque obsecrare ut omnia quae facis quaeque facies prospere cedant tibi rei publicae nobis, vel si brevius sit optandum, ut uni tibi in quo et res publica et nos sumus? 2. Fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo alia adversa alia

dich oder mein Tadel für jene, die es dahin gebracht haben, daß deine Haltung derart auffällt? Sie nämlich, wie festgenagelt auf ihren Amtsstühlen, streckten lediglich die Hand hin, selbst das nur zögernd und schlaff und so, als würden sie dies als Gunstbeweis in Anrechnung bringen. 3. Also bot sich unsern Augen ein bislang ungewohnter Anblick: ein Princeps auf gleicher Ebene wie die Kandidaten, stehend wie diese, er, der das Amt vergab, gleichrangig neben denen, die es empfangen.

4. Mit welchem herzlichem Beifallsruf wurde deine Geste vom ganzen Senat gefeiert! „Um so größer, um so erhabener ist er!“ Denn wer seinen Rang nicht mehr steigern kann, der kann nur auf eine Weise noch wachsen: wenn er sich herabneigt im gelassenen Bewußtsein seiner Größe. 5. Denn die Stellung der Principes ist von keiner Gefahr weiter entfernt als von der, niedrig zu scheinen. Meine eigene Bewunderung galt freilich, mehr noch als deiner schönen Menschlichkeit, der Stärke, mit der du ihr Ausdruck gabst. 6. Denn indem du deine Blicke, deinen Ton, deine Gesten auf deine Rede abstimmtest, so als spräche da jemand anders in deinem Auftrag, hast du alle Möglichkeiten gewinnender Freundlichkeit wahrgemacht. Ja, als die Namen derer, die eine Wahlempfehlung geben sollten, mit den üblichen ehrenvollen Beifallsrufen aufgenommen wurden,\* da warst auch du unter den Rufenden, und so hörte man aus dem Munde des Caesars jene sonst nur von Senatoren geübte Zustimmung, 7. und das Zeugnis, das wir so gerne in Gegenwart des Princeps verdienten Männern ausstellten, wurde vom Princeps selbst gegeben. Also hast du sie dadurch, daß du sie „die Besten“ nanntest, zu den Besten gemacht, und nicht nur ihre eigene Lebensführung wurde von dir gutgeheißen, sondern auch das Urteil des Senats – und der freute sich über seine eigene Auszeichnung genauso wie über die der Männer, die du lobtest.

72. Außerdem hast du im Gebet den Wunsch geäußert, daß eben diese Ausrichtung der Wahlen zu einem guten, glücklichen Ergebnis führen möge für uns, für den Staat und für dich selbst;\* sollten wir da nicht die Reihenfolge der Wünsche umkehren und die Götter inständig bitten, es möge alles, was du tust und noch tun wirst, segensreich ausgehen, und zwar für dich, für den Staat und für uns, oder, wenn der Wunsch kürzer formuliert werden soll, allein für dich, in dem das Heil des Staates und unser eigenes Heil beschlossen ist? 2. Es gab eine Zeit – und sie dauerte allzu lange –, da Glück und Unglück für den Princeps nicht dasselbe bedeuteten wie Glück und



secunda principi et nobis: nunc communia tibi nobiscum tam laeta quam tristia, nec magis sine te nos esse felices quam tu sine nobis potes. 3. An si posses in fine votorum adiecisses ut ita precibus tuis di adnuerent, si iudicium nostrum mereri perseverasses? Adeo nihil tibi amore civium antiquius, ut ante a nobis deinde a dis, atque ita ab illis amari velis, si a nobis ameris. 4. Et sane priorum principum exitus docuit, ne a dis quidem amari nisi quos homines ament.

Arduum erat has preces tuas laudibus adaequare; adaequavimus tamen. 5. Qui amoris ardor, qui stimuli, quae faces illas nobis exclamations subiecerunt! Non nostri, Caesar, ingenii, sed tuae virtutis tuorumque meritorum voces fuerunt, quas nulla umquam adulatio invenit, nullus cuiquam terror expressit. 6. Quem sic timuimus ut haec fingeremus? quem sic amavimus ut haec fateamur? Nosti necessitatem servitutis: ecquando simile aliquid audisti, ecquando dixisti? 7. Multa quidem excogitat metus, sed quae adpareant quaesita ab invitis. Aliud sollicitudinis aliud securitatis ingenium est; alia tristium inventio, alia gaudentium: neutrum simulationes expresserint. Habent sua verba miseri, sua verba felices, utque iam maxime eadem ab utrisque dicantur, aliter dicuntur.

73. Testis ipse es quae in omnium ore laetitia. Non amictus cuiquam non habitus quem modo extulerat. Inde resultantia vocibus tecta, nihilque tantis clamoribus satis clausum. 2. Quis tunc non e vestigio suo exsiluit? quis exsiluisse sensit? Multa fecimus sponte, plura instinctu quodam et imperio; nam gaudio quoque cogendi vis inest. 3. Num ergo modum ei tua saltem modestia imposuit? Non quanto magis a te reprimebatur exarsimus? non contumacia, Cae-

Unglück für uns; jetzt aber ist Freud und Leid dir und uns gemeinsam, und wir können genausowenig glücklich sein, wenn du es nicht bist, wie du es sein kannst, wenn wir nicht glücklich sind. 3. Denn, falls du es könntest, hättest du dann am Ende des Gebetes hinzugefügt, es möchten die Götter deine Bitten nur dann gewähren, wenn du weiterhin unsere Zustimmung verdienstest? So sehr ist für dich die Liebe deiner Untertanen das Wichtigste, daß du erst von uns, dann von den Göttern geliebt werden willst, und von den Göttern nur dann, wenn du von uns geliebt wirst. 4. Und ganz gewiß hat das Ende früherer Principes gezeigt, daß die Götter wirklich nur die lieben, denen die Liebe der Menschen gehört.

Es war keine leichte Aufgabe, auf diese deine Bitten mit angemessenem Preis zu antworten; doch es ist uns gelungen. 5. Welch leidenschaftliche Liebe, welch heißer Drang gab uns jene Lobpreisungen ein! Nicht unser eigener Einfallsreichtum sprach hier, sondern deine Tugend, deine Verdienste gaben uns Worte ein, wie keine Schmeichelei sie je ersonnen, keine Angst sie je einem Herzen abgepreßt hat. 6. Wen auch hätten wir je so gefürchtet, um ihm solche Gefühle vorzutauschen? Wen so geliebt, um sie ihm ehrlich zu bekennen? Du kennst den Zwang der Knechtschaft: hast du etwas Derartiges jemals gehört, jemals selbst geäußert? 7. Zwar kann die Furcht sich viele schöne Sprüche ausdenken, aber man spürt, daß sie auf Bestellung und widerwillig kommen. Beklommenheit führt zu anderen Gedanken als ruhige Sicherheit, bedrückte Menschen finden andere Worte als fröhliche, und durch Verstellung läßt sich weder die eine noch die andere Stimmung vermitteln. Die Unglücklichen haben ihre eigene Sprache, die Glücklichen ihre eigene, und mögen sie auch beide ganz dasselbe sagen: es klingt doch anders.

73. Du selbst kannst bezeugen, welche Freude uns allen im Gesicht stand. Keiner bot mehr dieselbe Erscheinung, trug sein Gewand noch so geordnet, wie er gekommen war.\* Entsprechend halte die Decke der Kurie wider von unseren Rufen, und kein Raum blieb abgeschirmt gegen solche Stimmgewalt. 2. Wer sprang da nicht auf von seinem Platze, wer war sich dessen bewußt, daß er aufsprang? Vieles geschah in raschem Entschluß, aber das meiste aus einer Art gebieterischen Triebs; denn auch die Freude besitzt eine unwiderstehliche Gewalt. 3. Hat dann vielleicht deine mäßigende Einwirkung sie gedämpft? Sind wir nicht, je mehr du sie zu zügeln versuchtest, in Begeisterung geraten? Gewiß nicht aus Widersetzlichkeit, Caesar! Doch, wie es einerseits ganz von dir ab-

sar; sed ut in tua potestate est an gaudeamus, ita in quantum nec in nostra. 4. Comprobasti et ipse acclamationum nostrarum fidem lacrimarum tuarum veritate. Vidimus humescentes oculos tuos demissumque gaudio vultum, tantumque sanguinis in ore quantum in animo pudoris. 5. Atque hoc magis incensi sumus ut precaremur, ne quando tibi non eadem causa lacrimarum, utque numquam frontem tuam (adduceres).

6. Hoc ipsum has nos sedes quasi responsuras interrogemus, viderintne umquam principis lacrimas; at senatus saepe viderunt. Onerasti futuros principes, sed et posteros nostros. Nam et hi a principibus suis exigent, ut eadem audire mereantur, et illi quod non audiant indignabuntur.

74. Nihil magis possum proprie dicere, quam quod dictum est a cuncto senatu: „O te felicem!“ Quod cum diceremus, non opes tuas sed animum mirabamur. Ea enim demum vera felicitas, felicitate dignum videri. 2. Sed cum multa illo die dicta sunt sapienter et graviter, tum vel in primis: „Crede nobis, crede tibi.“ Magna hoc fiducia nostri, maiore tamen tui diximus. 3. Alius enim fortasse alium, ipsum se nemo deceperit, introspiciat modo vitam seque quid mereatur interroget. Proinde dabat vocibus nostris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. Quamvis enim faceremus quae amantes solent, illi tamen non amari se credebant sibi. 4. Super haec precati sumus, ut sic te amarent di quemadmodum tu nos. Quis hoc aut de se aut principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipsis quidem haec fuit summa votorum, ut nos sic amarent di quomodo tu. Estne verum, quod inter ista clamavimus: „O nos felici-

hängt, ob wir uns freuen, so fehlt uns doch andererseits die Fähigkeit, das Ausmaß der Freude selbst zu bestimmen. 4. Du hast ja auch selbst die Aufrichtigkeit unserer Zurufe bestätigt durch die Ehrlichkeit deiner Reaktion: wir sahen Tränen in deine Augen treten, sahen dein Antlitz vor Freude gesenkt und deine Wangen so von Rote übergossen, wie dein Herz sich beschämt fühlte. 5. Das war uns erst recht ein Ansporn, darum zu beten, du mögest stets nur denselben Grund für deine Tränen haben und niemals deine Stirn verfinstert zeigen.

6. Richten wir doch, als ob sie antworten könnten, hier an unsere Sitze eben diese Frage, ob sie jemals schon die Tränen eines Princeps gesehen hätten (die des Senats haben sie freilich schon oft gesehen)! Du hast die künftigen Principes, aber auch unsere Nachfolger im Amt, vor eine schwere Aufgabe gestellt. Denn auch künftige Senatoren werden von ihren Principes verlangen, daß sie sich denselben Beifall verdienen, und jene werden empört sein, daß sie ihn nicht zu hören bekommen.

74. Ich kann keinen treffenderen Ausdruck verwenden als den, der vom ganzen Senat gebraucht wurde: „Du Glücklicher!“ Die Bewunderung, die daraus spricht, galt nicht deiner äußeren Macht, sondern deinem inneren Wesen. Denn das erst ist wahres Glück, wenn man seines Glückes für würdig erachtet wird. 2. Doch unter den vielen sinn- und bedeutungsvollen Ausrufen jenes Tages ist dies hier der bedeutsamste: „Bau auf uns, bau auf dich selbst!“ Ein großes Selbstvertrauen sprach aus unseren Worten, doch ein noch größeres Vertrauen zu dir. 3. Denn ein Mensch mag vielleicht einen anderen täuschen, sich selbst täuscht er kaum – er muß ja nur sein Leben überblicken und fragen, was er dafür verdient. Daher verlieh unseren Worten Glaubwürdigkeit in den Augen des besten Princeps gerade das, was ihnen in den Augen der üblen Principes die Glaubwürdigkeit nahm. Denn mochte unser Verhalten auch dem liebender Untertanen entsprechen, so waren jene doch der festen Überzeugung, sie würden nicht geliebt. 4. Überdies haben wir darum gebetet, die Götter möchten dich so lieben, wie du uns liebst. Wäre die gegenseitige Zuneigung nur gering, wer würde dann dies von sich selber sagen oder so zum Princeps sprechen? Das Gebet für uns selbst gipfelte jedoch in dem Wunsch, die Götter möchten uns so lieben wie du uns. Trifft es nicht zu, was wir zwischen jenen Rufen hören ließen: „Wir Glücklichen!“ Denn welches Glück kann größer sein als unseres, da wir nicht mehr wünschen müssen, daß



ces!?" Quid enim felicius nobis, quibus non iam illud optandum est, ut nos diligit princeps, sed di quemadmodum princeps? 5. Civitas religionibus dedita, semperque deorum indulgentiam pie merita, nihil felicitati suae putat adstrui posse, nisi ut di Caesarem imitentur.

75. Sed quid singula consector et colligo? quasi vero aut oratione complecti aut memoria consequi possim, quae vos, patres conscripti, ne qua interciperet oblivio, et in publica acta mittenda et incidenda in aere censuistis. 2. Ante orationes principum tantum eius modi genere monimentorum mandari aeternitati solebant, acclamationes quidem nostrae parietibus curiae clauderantur. Erant enim quibus nec senatus gloriari nec principes possent. 3. Has vero et in vulgus exire et posteris prodi cum ex utilitate tum ex dignitate publica fuit, primum ut orbis terrarum pietatis nostrae adhiberetur testis et conscius; deinde ut manifestum esset audere nos de bonis malisque principibus non tantum post ipsos iudicare; postremo ut experimento cognosceretur et ante nos gratos, sed miseros fuisse, quibus esse nos gratos probare antea non licuit. 4. At qua contentione, quo nisu, quibus clamoribus expostulatum est, ne adfectus nostros ne tua merita supprimeres, denique ut in posterum exemplo provideres! 5. Discant et principes acclamationes veras falsasque discernere, habeantque muneris tui quod iam decipi non poterunt. Non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deserendum; non submovenda adulatio sed non reducenda est. Certum est et quae facere et quae debeant audire si faciant.

6. Quid nunc ego super ea, quae sum cum toto senatu precatus, pro senatu precer, nisi ut haereat animo tuo gaudium, quod tunc oculis protulisti; ames illum diem et tamen vincas, nova merearis, nova audias? eadem enim dici nisi (ob eadem) facta non possunt.

der Princeps uns liebt, sondern daß die Götter uns lieben wie der Princeps uns? 5. Eine Stadt voll religiösen Eifers, die stets der Götter Huld fromm verdient hat, glaubt, es könne ihrem Glück nur das eine noch hinzugefügt werden: daß die Götter es dem Caesar gleichen!

75. Doch was bemühe ich mich, viele Einzelheiten zusammenzutragen? Als ob ich imstande wäre, all das in einer Rede zusammenzufassen oder im Gedächtnis zu wiederholen, was ihr, Senatoren, zur ewigen Erinnerung in die offiziellen Verlautbarungen aufnehmen und auf Bronzetafeln eingraben ließe! 2. Früher pflegte man nur die Reden der Principes in solchen Dokumenten für alle Zeiten aufzubewahren, unsere Beifallsrufe dagegen drangen nicht über die Mauern der Kurie hinaus. Waren sie ja auch so, daß weder der Senat noch der Princeps stolz darauf sein konnten. 3. Doch die Veröffentlichung eben dieser Zurufe und ihre Weitergabe an die Nachwelt diene dem Nutzen und vor allem dem Ansehen des Staates: erstens sollte der ganze Erdkreis von unserer Ergebenheit erfahren und sie bezeugen können, zweitens sollte deutlich werden, daß wir unser Urteil über die Principes, über die guten wie über die schlechten, nicht erst nach ihrem Weggang zu äußern wagen, drittens sollte der Beweis geliefert werden, daß wir auch früher schon Dankbarkeit kannten, aber zu unserem Unglück keine Möglichkeit hatten, unsere Dankbarkeit zu bezeugen. 4. Doch jetzt, wie dringlich, wie energisch, wie lautstark haben wir verlangt, du sollest unsere Zuneigung und deine Verdienste nicht im Verborgenen lassen, sollest schließlich ein Beispiel für die Zukunft aufstellen! 5. Auch künftige Principes sollen die Unterscheidung zwischen echten und falschen Zurufen lernen und sollen es dir verdanken, daß sie nicht mehr getäuscht werden können. Sie haben nicht nötig, sich den Weg zu Achtung und Ansehen erst noch zu bahnen, sie dürfen ihn nur nicht verlassen; sie müssen die Schmeichelei nicht verjagen, nur dafür sorgen, daß sie nicht zurückkehrt. Sie haben klar vor Augen, was sie zu tun haben und was man über sie sagen wird, falls sie dies tun.

6. Was kann ich über die Bitten hinaus, die ich zusammen mit dem ganzen Senat an die Götter gerichtet habe, nun im Namen des Senats noch erbitten? Nur dies: möge in deinem Herzen die Freude andauern, die sich damals in deinen Augen kundtat, mögest du an jenen Tag dich stets gern erinnern und doch noch Größeres vollbringen, neue Verdienste erringen, neue Zurufe hören! Denn dieselben Worte sind nur möglich aufgrund derselben Taten.

76. *Iam quam antiquum quam consulare, quod triduum totum senatus sub exemplo patientiae tuae sedit, cum interea nihil praeter consulem ageres!* 2. *Interrogatus censuit quisque quod placuit; (licuit) dissentire discedere, et copiam iudicii sui rei publicae facere; consulti omnes atque etiam dinumerati sumus, vicitque sententia non prima sed melior.* 3. *At quis antea loqui, quis hiscere audebat, praeter miseros illos qui primi interrogabantur? Ceteri quidem defixi et attoniti ipsam illam mutam ac sedentariam adsentienti necessitatem quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur!* 4. *Unus solusque censebat, quod sequerentur omnes et omnes improbarent, in primis ipse qui censuerat. Adeo nulla magis omnibus displicent, quam quae sic fiunt tamquam omnibus placeant.* 5. *Fortasse imperator in senatu ad reverentiam eius componebatur; ceterum egressus statim se recipiebat in principem, omniaque consularia officia abicere negligere contemnere solebat.*

6. *Ille vero ita consul, ut si tantum consul foret, nihil infra se putabat, nisi quod infra consulem esset.* 7. *Ac primum ita domo progrediebatur, ut illum nullus adparatus adrogantiae principalis, nullus praecursorum tumultus detineret. Una erat in limine mora consultare aves revererique numinum monitus.* 8. *Nemo proturbabatur, nemo submovebatur; tanta viatoribus quies, tantus pudor fascibus, ut plerumque aliena turba subsistere et consulem et principem cogeret.* 9. *Ipsius quidem officium tam modicum tam temperatum, ut antiquus aliquis magnusque consul sub bono principe incedere videretur.*

*Iter illi saepius in forum, frequenter tamen et in campum.*

77. *Nam comitia consulum obibat ipse; tantum ex renuntiatione eorum voluptatis, quantum prius ex destinatione capiebat.* 2. *Sta-*

76. *Wie sehr entsprach es altrömischer Sitte und konsularischer Würde, daß der Senat drei Tage lang eine Sitzung abhielt,\* deine Ausdauer als Beispiel vor Augen, während du in dieser Zeit ganz nur als Konsul auftratst!* 2. *Um seine Meinung befragt, äußerte sich jeder Senator nach Gutdünken; man konnte anderer Ansicht sein, anders abstimmen, dem Staat die Möglichkeit geben, eines jeden Meinung kennenzulernen; wir wurden alle befragt, unsere Stimmen wurden sogar gezählt, und es siegte nicht die Meinung, die als erste geäußert wurde, sondern die beste.\** 3. *Früher aber, wer wagte da zu sprechen, wer nur den Mund aufzutun, außer den Ärmsten, die als erste gefragt wurden? Die ändern jedoch, starr und regungslos – mit welcher innerer Qual, mit welchem körperlichem Schauder ließen sie jene schreckliche Notwendigkeit über sich ergehen, dem Redner zuzustimmen, ohne auch nur ein Wort zu sagen, ohne sich zu erheben!* 4. *Ein einziger Senator trug damals seine Meinung vor, und alle schlossen sich ihr an – dabei mißfiel sie allen, am meisten dem, der sie vorgetragen hatte. So stößt am heftigsten auf die Ablehnung aller, was so zustande kommt, als ob alle es gut fänden.* 5. *Vielleicht gab sich einmal ein Kaiser in der Kurie den Anschein des Respektes vor dem Senat; doch kaum war er draußen, so kehrte er wieder den Princeps heraus und folgte seiner Gewohnheit, alle Pflichten eines Konsuls von sich zu werfen, sie zu vernachlässigen und zu verachten.*

6. *Er aber war so sehr Konsul, als ob er nichts sonst als Konsul wäre, hielt nichts für unter seiner Würde, außer was unter der Würde eines Konsuls liegt.* 7. *Zunächst einmal pflegte er sein Haus so zu verlassen, daß es nicht etwa durch übersteigerte kaiserliche Prachtentfaltung oder das Hin und Her einer Vorausabteilung zu irgendeiner Verzögerung kam. Nur ein Aufenthalt wurde eingelegt: um auf der Schwelle des Hauses die Auspizien einzuholen und ehrfurchtsvoll die göttlichen Weisungen zu empfangen.* 8. *Auf der Straße wurde niemand weggedrängt, niemand zur Seite gewiesen; seine Begleitmannschaft blieb so ruhig, die Liktores hielten sich derart zurück, daß der Eindruck entstand, hier ziehe ein großer Konsul vom alten Schlag einher, unter der Regierung eines guten Princeps.*

*Oftmals führte ihn sein Weg aufs Forum, doch häufig auch auf das Marsfeld.*

77. *Denn an den Komitien zur Wahl der Konsuln nahm er persönlich teil, und die Bekanntgabe der Namen\* machte ihm ebenso-*



bant candidati ante curulem principis ut ipse ante consulis steterat, adigebanturque in verba in quae paulo ante ipse iuraverat princeps, qui tantum putat esse in iure iurando, ut illud et ab aliis exigat.

Reliqua pars diei tribunali dabatur. 3. Ibi vero quanta religio aequitatis, quanta legum reverentia! Adibat aliquis ut principem: respondebat se consulem esse. 4. Nullius ab eo magistratus ius, nullius auctoritas imminuta est; aucta etiam, siquidem pleraque ad praetores remittebat, atque ita ut collegas vocaret, non quia popolare gratumque audientibus, sed quia ita sentiebat. 5. Tantum dignationis in ipso honore ponebat, ut non amplius esse censeret, quod aliquis collega adpellaretur a principe, quam quod praetor esset. Ad hoc tam adsiduis in tribunali, ut labore refici ac reparari videretur.

6. Quis nostrum idem curae, idem sudoris insumit? quis adeo expetitis honoribus aut deservit aut sufficit? 7. Et sane aequum est tantum ceteris praestare consulibus ipsum qui consules facit: quippe etiam fortuna videbatur indignum, si posset honores dare qui gerere non posset. 8. Facturus consules doceat, accepturisque amplissimum honorem persuadeat scire se, quid sit quod dabit: sic fit ut illi quoque sciant quid acceperint.

78. Quo iustius senatus ut susciperes quartum consulatum et rogavit et iussit. Imperii hoc verbum, non adulationis esse obsequio tuo crede, quod non alia in re magis aut senatus exigere a te aut tu praestare senatui debes. 2. Ut enim ceterorum hominum ita principum, illorum etiam qui sibi di videntur, aevum omne et breve et fragile est. Itaque optimum quemque niti et contendere decet ut

viel Freude wie zuvor schon ihre Festlegung. 2. Da standen nun die Kandidaten vor dem Amtsstuhl des Princeps, wie dieser selbst vor dem des Konsuls gestanden hatte, und sie wurden mit der Eidesformel verpflichtet, die unlängst der Princeps selbst gebraucht hatte. So hohen Wert also mißt er diesem Eide bei, daß er ihn auch von anderen verlangt!

Den Rest des Tages widmete er der Gerichtstätigkeit. 3. Welch empfindlichen Sinn für Gerechtigkeit, welche Achtung vor dem Gesetz bewies er da! Sprach ihn jemand als Princeps an, so erwiderte er, er sei Konsul. 4. In keines Amtsträgers Zuständigkeit griff er ein, niemandes Ansehen wurde geschmälert; er verschaffte sogar höheres Ansehen, wenn er sehr viele Fälle an die Praetoren überwies und sie dabei „meine Kollegen“ nannte – nicht um sich beim zuhörenden Volk beliebt zu machen, sondern weil er wirklich so empfand. 5. Er dachte so hoch von diesem Praetorenamt, daß er darin keine Rangerhöhung sah, wenn ein Praetor vom Princeps „mein Kollege“ genannt wurde. Überdies widmete er sich der Gerichtstätigkeit so hingebungsvoll, daß man den Eindruck gewann, die Anstrengung verleihe ihm frische Kraft und neuen Schwung.

6. Wer von uns wendet soviel Sorgfalt, soviel Mühe auf? Wer dient so eifrig dem Amt, das er erstrebt hat, oder füllt es so aus? 7. Und gewiß ist es nur recht und billig, daß derjenige selbst die andern Konsuln so sehr überragt, der andere zu Konsuln macht; ja, er würde seiner Stellung gar nicht gerecht, wenn er Ämter verleihen könnte, die er selbst nicht auszuüben vermag. 8. Wer die Aufgabe hat, Konsuln zu ernennen, soll auch ihr Lehrer sein, soll denen, die das höchste Staatsamt übernehmen werden, die Überzeugung verschaffen, daß er selbst das Amt kennt, das er verleihen will; infolgedessen werden auch jene wissen, was für ein Amt sie übernommen haben.

78. Um so mehr war der Senat im Recht, als er dich bat und sogar aufforderte, ein viertes Mal das Konsulat zu übernehmen.\* Daß dies als Gebot und nicht als Schmeichelei gedacht ist, davon überzeuge dich der Appell an deinen Gehorsam: nirgend sonst ist es in höherem Maße Pflicht des Senats, ihn von dir zu verlangen, oder deine Pflicht, ihn zu leisten. 2. Denn was für alle andern Menschen gilt, das gilt auch für die Principes, sogar für jene, die sich Götter dünken: das Menschenleben ist in jedem Fall kurz und stets ein zerbrechliches Gut. Deshalb müssen gerade die Besten mit aller Kraft darauf hinarbeiten, daß sie auch nach ihrem Ende dem Staat

post se quoque rei publicae prosit, moderationis scilicet iustitiaeque monumentis, quae prima statuere consul potest. 3. Haec nempe intentio tua ut libertatem revoces ac reducas. Quem ergo honorem magis amare, quod nomen usurpare saepius debes, quam quod primum invenit recipere libertas? Non est minus civile et principem esse pariter et consulem quam tantum consulem. 4. Habe etiam rationem verecundiae collegarum tuorum, collegarum inquam: ita enim et ipse loqueris et nos loqui vis. Onerosa erit modestiae illorum tertii consulatus sui recordatio, donec te saepius consulem videant. Neque enim potest non nimium esse privatis, quod principi satis est. Adnuas, Caesar, optantibus, quibusque apud deos adesse consuesti, quorum potes ipse votorum, compotes facias.

79. Tibi fortasse sufficiat tertius consulatus, sed nobis tanto minus sufficit. Ille nos instituit induxit, ut te iterum iterumque consulem habere cupiamus. 2. Remissius istud contenderemus, si adhuc nesciremus qualis esses futurus: tolerabilius fuit experimentum tui nobis quam usum negari. 3. Dabiturne rursus videre consulem illum? Audiet reddet quas proxime voces, praestabitque gaudium quantum ipse percipiet? Praesidebit laetitiae publicae auctor eius et causa, temptabitque adfectus nostros ut solet cohibere nec poterit?

4. Pietati certe senatus cum modestia principis felix speciosumque certamen, seu fuerit victa seu vicerit. Equidem incognitam quandam proximaque maiorem praesumo laetitiam. Quis enim est tam modicilli ingenii qui non tanto meliorem consulem speret, quanto saepius fuerit?

5. Alius se a continuo labore, etsi non desidia ac voluptati dedisset, otio tamen et quiete recreasset; hic consularibus curis exsolutus

noch nützen können, eben durch das leuchtende Beispiel ihres maßvollen und gerechten Wirkens – und vorzüglich der Consul ist imstande, dieses Beispiel zu geben. 3. Deine Absicht ist es ja, die Freiheit zurückzuholen und neu aufzurichten. Welches Amt solltest du demnach mehr lieben, welchen Titel öfter annehmen als den, den einst die wiedergewonnene Freiheit als ersten erfand? Zugleich Princeps und Consul zu sein, das ist keineswegs weniger bürgerlich-freiheitlich, als nur Consul zu sein. 4. Nimm auch Rücksicht auf die Bedenken deiner Kollegen – „Kollegen“ sage ich, denn so redest du selbst von ihnen und möchtest, daß auch wir sie so nennen! In ihrer Bescheidenheit werden sie sich an ihr drittes Konsulat so lange ungern erinnern, wie sie dich nicht noch öfter als Consul erlebt haben. Denn was für einen Princeps ein genügendes Maß ist, das ist für jeden anderen schon zuviel. Gewähre ihnen ihre Bitte, Caesar, und weil du dich bei den Göttern für sie zu verwenden pflegst, so erfülle ihnen die Wünsche, die du von dir aus schon erfüllen kannst!

79. Dir selbst mag vielleicht ein drittes Konsulat genügen, uns aber genügt es um so weniger. Es hat in uns nur den lebhaften Wunsch geweckt, dich immer und immer wieder zum Consul zu haben. 2. Wir würden weniger heftig darauf dringen, wüßten wir noch nicht, was für einen Consul du abgeben wirst; denn so fiel der Verzicht auf diese Erfahrung leichter als jetzt die Verweigerung dessen, was uns schon vertraut ist. 3. „Wird es wieder vergönnt sein, ihn als Consul zu erleben? Wird er dieselben Rufe hören, dasselbe erwidern wie beim letztenmal? Wird das Vergnügen, das er uns bereitet, ebenso groß sein wie sein eigenes? Wird er öffentlich an die Spitze der Frohen treten, zur Freude ermuntern und zugleich Grund der Freude sein? Wird er, wie früher schon, unsere Begeisterung zu dämpfen versuchen, erfolglos freilich?“

4. Gewiß wird die treue Liebe des Senats mit der Bescheidenheit des Princeps einen glücklichen, glänzenden Wettkampf austragen, mag sie nun siegen oder unterliegen! Ich jedenfalls verspüre im voraus eine bestimmte, noch nie erlebte Freude, die alles Bisherige übertrifft. Denn jeder halbwegs Verständige hegt doch die frohe Erwartung, ein Consul werde in seinem Amt um so besser sein, je öfter er zuvor schon Consul geworden ist!

5. Ein anderer hätte sich nach ununterbrochener Arbeit vielleicht nicht gerade dem Nichtstun und dem Vergnügen hingegeben, doch in Muße und Ruhe seine Erholung gesucht; er hingegen war



principales resumpsit, tam diligens temperamenti, ut nec consulis officium princeps nec principis consul adpeteret. 6. Videmus ut provinciarum desideris, ut singularum etiam civitatum precibus occurrat. Nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora. Adeunt statim, dimittuntur statim, tandemque principis fores exclusa legationum turba non obsidet.

80. Quid? in omnibus cognitionibus quam mitis severitas, quam non dissoluta clementia! Non tu locupletando fisco operatus sedes, nec aliud tibi sententiae tuae pretium quam bene iudicasse. 2. Stant ante te litigatores non de fortunis suis sed de tua existimatione solliciti, nec tam verentur, quid de causa sua quam quid de moribus sentias. 3. O vere principis atque etiam dei curas, reconciliare aemulas civitates, tumentesque populos non imperio magis quam ratione compescere; intercedere iniquitatibus magistratum, infectumque reddere quidquid fieri non oportuerit; postremo velocissimi sideris more omnia invisere omnia audire, et undecumque invocatum statim velut (numen) adesse et adsistere!

4. Talia esse crediderim, quae ille mundi parens temperat nutu, si quando oculos demisit in terras, et fata mortalium inter divina opera numerare dignatus est; 5. qua nunc parte liber solutusque tantum caelo vacat, postquam te dedit, qui erga omne hominum genus vice sua fungereris. Fungaris enim sufficisque mandanti, cum tibi dies omnis summa cum utilitate nostra, summa cum tua laude condatur.

81. Quodsi quando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectiois existimas mutationem laboris. Quae enim remissio tibi

kaum von den Geschäften eines Konsuls frei, da nahm er sich bereits wieder die des Princeps vor, und zwar so gewissenhaft in der Trennung der Bereiche, daß er weder als Princeps in den Pflichtenkreis des Konsuls eingriff noch als Konsul in den des Princeps. 6. Wir können mit ansehen, wie rasch er auf die Wünsche der Provinzen, ja auf die Bitten einzelner Städte eingeht. Ohne Schwierigkeit wird Audienz gewährt, ohne Zeitverlust Antwort erteilt. Zügig erhält das Publikum Zutritt, zügig wird es entlassen, und endlich einmal ist das Portal des Palastes nicht umlagert vom Gedränge der Abordnungen, die man ja doch nicht einläßt.

80. Nun zu den Gerichtsverhandlungen\*: wie sehr zeigst du stets eine Strenge, die gepaart ist mit Nachsicht, eine Milde, die frei ist von Schwäche! Während der Sitzung beschäftigt dich nicht der Gedanke, wie die kaiserliche Kasse zu bereichern sei, und als Lohn für deinen Richterspruch gilt dir nur das Bewußtsein, ein gutes Urteil gefällt zu haben. 2. So stehen die streitenden Parteien vor dir und sind besorgt nicht um ihr Vermögen, sondern um deine Meinung von ihnen, fürchten mehr, was du von ihrer Lebensführung, als was du von ihrer Rechtsposition denkst. 3. Wahrhaftig, so sorgt ein Princeps, ja ein Gott für die Seinen: er schafft Versöhnung zwischen zerstrittenen Städten, er bändigt aufgebrachte Völker weniger durch sein strenges Gebot als durch vernünftige Argumente; er schreitet ein bei Rechtsbrüchen der Behörden und hebt Maßnahmen auf, die nicht hätten getroffen werden dürfen; schließlich, wie das rascheste der Gestirne, die Sonne, sieht er alles, hört er alles, und wo immer man ihn anruft, ist er alsbald, wie eine Gottheit, hilfreich zur Stelle.

4. Von solcher Art, möchte ich meinen, sind die Dinge, die jener Vater und Lenker der Welt durch ein Nicken seines Hauptes bewirkt, wenn er einmal seinen Blick zur Erde gelenkt hat und es nicht verschmäht, die Geschicke der Sterblichen zur Angelegenheit der Götter zu machen. 5. Freilich, von dieser Aufgabe völlig entlastet kann er sich jetzt ganz dem Himmel widmen, jetzt, wo er dich uns gegeben hat als seinen Stellvertreter gegenüber dem ganzen Menschengeschlecht. Ja, als solcher wirkst du und erfüllst seinen Auftrag, da doch kein Tag zu Ende geht, der nicht uns größten Gewinn und dir höchsten Ruhm gebracht hätte.

81. Doch wenn du einmal die Fülle der laufenden Geschäfte aufgearbeitet hast, dann bedeutet Erholung für dich nur einen Wechsel